

—Procurator totorum bonorum, cui res administrandae mandatae (1) sunt, res domini neque mobiles vel immobiles, neque servus (2) sine speciali domini mandatu alienare potest, nisi fructus aut alias res, quae facile corrumpi possunt.

64. IDEM libro III. *Regularum*.—Is, cuius nomine defensor extitit, si ante litem contestatam in praesentia fuerit, et postulet suo nomine litem suscipere, causa cognita audiendus est.

65. IDEM libro singulari de *Heremeticis*. (3) —Si procuratorem absentem dominus satisfactione relevare velit, literas suas ad adversarium dirigere debet, quibus significet, quem adversus eum procuratorem, et in qua causa fecerit, ratumque se habiturum, quod cum eo actum sit. Hoc enim casu, literis eius approbatis, velut praesentis procuratorem intervenire intelligendum est. Itaque etsi postea mutata voluntate procuratorem esse noluerit, tamen iudicium, quo quasi procurator expertus est, ratum esse debet.

66. (4) PAPINIANUS libro IX. *Quaestionum*.—Si is, qui Stichum vel Damam, utrum eorum ipse vellet, stipulatus est, et ratum habeat, quod alterum procuratorio nomine Titius petit, facit, ut res in iudicium deducta videatur, et stipulationem consumit.

67. IDEM (5) libro II. *Responsorum*. (6) —Procurator, qui pro evictione praediorum, quae vendidit, fidem suam adstrinxit, etsi negotia gerere (7) desierit, obligationis tamen onere Praetoris auxilio non levabitur; nam procurator, qui pro domino vinculum obligationis suscepit, onus eius frustra recusat.

68. IDEM libro III. (8) *Responsorum*.—Quod procurator ex re domini, mandato non refragante, stipulatur, invito procuratore dominus petere potest.

69. PAULUS libro III. *Responsorum*.—Paulus respondit, etiam eum, qui ad litem suscipiendam procuratorem dedit, causae suae adesse non prohiberi.

70. SCAEVOLA libro I. *Responsorum*.—Pater filio suo pupillo tutorem dedit Sempronium creditorem suum, is administrata tutela reliquit fratrem suum heredem; qui et ipse decessit et per fideicommissum nomen debitoris Titio reliquit, eique mandatae sunt actiones ab heredibus; quaero, quum tam tutelae actio, quam pecuniae creditae ex hereditate Sempronii descendant, an non aliter mandata (9) actio ei detur, quam si defendat heredem, a quibus ei actiones mandatae sunt? Respondi, debere defendere.

(1) commissae, Hal.

(2) servos, Hal. Vulg.

(3) libro singulari περί ερημητικῶν, Hal.

(4) Taur.; en el códice Fl. preceden borradas é incluidas entre parentesis las palabras: Idem libro decimo Pandectarum, Br.; Idem libro X. πανδεκτῶν et Papinianus libro IX. Responsorum, acertadamente Hal.; Paulus, Vulg.

(5) Papinianus lib. I., Hal.; Idem, Vulg.

procurador de todos los bienes, á quien se encomendaron las cosas para administrarlas, ni el esclavo, pueden enajenar, sin especial mandato de su principal, los bienes muebles ó los inmuebles, sino los frutos ú otras cosas que facilmente pueden deteriorarse.

64. EL MISMO; *Reglas, libro III*.—Si antes de contestada la demanda hubiere comparecido aquel en cuyo nombre alguien se presentó defensor, y pretendiese encargarse del litigio en nombre propio, ha de ser oído con conocimiento de causa.

65. EL MISMO; *Cuestiones nuevas, libro único*.—Si el principal quisiere relevar de fianza á su procurador ausente, deberá dirigir una carta á su adversario, en la que le diga á quién y en qué causa haya nombrado procurador contra él, y que ratificará cuanto con él se hubiere actuado. Porque en este caso, aprobada su carta, se ha de entender que interviene como procurador de quien está presente. Y así, aunque después, cambiada la voluntad, no hubiere querido que sea su procurador, no obstante, debe ser válido el juicio en que actuó como procurador.

66. PAPINIANO; *Cuestiones, libro IX*.—Si aquel que estipuló á Stico ó á Damas, al que de ellos él mismo quisiese, ratificara la elección que de uno hizo Ticio como procurador, hace que la cosa se considere como deducida en juicio, y lleva á efecto la estipulación.

67. EL MISMO; *Respuestas, libro II*.—El procurador que para la evicción de los predios que vendió, empeñó su palabra, aunque hubiere dejado de administrar los negocios, no será, sin embargo, relevado de la carga de la obligación por auxilio del Pretor; porque el procurador que aceptó por su principal el vínculo de una obligación, en vano rehusa su carga.

68. EL MISMO; *Respuestas, libro III*.—Lo que el procurador estipula respecto á los bienes de su principal, no oponiéndose el mandato, puede pedirlo el principal contra la voluntad del procurador.

69. PAULO; *Respuestas, libro III*.—Paulo respondió, que tampoco al que nombró procurador para encargarse de un litigio se le prohíbe estar presente en su causa.

70. SCAEVOLA; *Respuestas, libro I*.—Un padre nombró tutor de su hijo impúbere á su acreedor Sempronio, quien, administrada la tutela, dejó por heredero á su hermano, el cual también murió, y por fideicomiso dejó la cuenta del deudor á Ticio, á quien asimismo se encomendaron las acciones por los herederos; pregunto, procediendo de la herencia de Sempronio tanto la acción de tutela, como la del dinero prestado, ¿no debe dársele la acción de mandato de otro modo que si defendiera á los herederos por quienes se le encomendaron las acciones? Respondí que debía defenderlos.

(6) Las palabras integras se hallan en los *Fragm. Vatic.* § 326. 532.

(7) Hal. Vulg. y Fl. según reciente corrección, Br.; agere, Taur.

(8) II., Hal.

(9) mandati, Vulg.

71. PAULUS libro I. *Sententiarum*. — Absens reus causas absentiae (per) procuratorem reddere potest.

72. IDEM libro I. *Manualium*. — Per procuratorem non semper acquirimus actiones, sed retinemus, veluti si reum conveniat intra legitimum tempus, vel si prohibeat opus novum fieri, ut interdictum nobis utile sit Quod vi aut clam; nam et hic pristinum ius nobis conservet.

73. IDEM libro singulari de officio *Assessorum*. — Si reus paratus sit ante litem contestatam pecuniam solvere, procuratore agente quid fieri oportet? Nam iniquum est, cogi eum iudicium accipere, propter quod suspectus videri potest, qui praesente domino non obtulit pecuniam. Quid si tunc facultatem pecuniae non habuit, numquid cogi debeat iudicium accipere? Quid enim, si et famosa sit actio? Sed hoc constat, ut ante litem contestatam Praeses iubeat in aede sacra pecuniam deponi; hoc enim fit et in pupillaribus pecuniis. Quodsi lis contestata est, hoc omne officio iudicis dirimendum est.

74. ULPIANUS libro IV. (1) *Opinionum*. — Nec civitatis actor negotium publicum per procuratorem agere potest.

75. IULIANUS libro III. *Digestorum*. — Qui absentem emtorem eundemque possessorem fundi defendebat, et iudicium nomine eius accipiebat, postulabat a venditore fundi, ut ab eo defenderetur; venditor desiderabat cavere sibi, ratam rem emtorem habiturum; puto eum venditori de rato satisfacere debere, quia, si fundum agenti restituerit, nihil prohibet dominum rem petere (2), et cogi venditorem rursus defendere.

76. IDEM libro V. *ad Minicium*. — Titius, quum absentem defenderet, satisfacit, et priusquam iudicium acciperet, desit reus solvendo esse quam ob causam defensor recusabat iudicium in se reddi oportere. Quaero, an id ei concedi oporteat (3)? Iulianus respondit: defensor, quum satisfacit, domini loco habendus est; nec multum ei praestitutus est Praetor, si eum non coegerit iudicium accipere, quum ad fideiussores eius iri (4) possit, et hi quidquid praestiterint, a defensore consecuturi sint.

77. PAULUS libro LVII. (5) *ad Edictum*. — Omnis, qui defenditur, boni viri arbitrato defendendus est.

78. AFRICANUS libro VI. *Quaestionum*. — Et ideo non potest videri viri (6) boni arbitrato litem defendere is, qui actorem frustrando efficiat, ne ad exitum controversia deducatur.

71. PAULO; *Sentencias, libro I.*—El reo ausente puede alegar por medio de procurador las causas de su ausencia.

72. EL MISMO; *Manuales, libro I.*—Por medio de procurador no siempre adquirimos las acciones, pero las retenemos, como si demandase al reo dentro del legítimo tiempo, ó si prohibiera que se hiciera una obra nueva, para que nos sea útil el interdicto de lo que se hace por fuerza ó clandestinamente; porque también aquí nos conserva nuestro primitivo derecho.

73. EL MISMO; *Del cargo de Asesor, libro único.*—Si estuviese el reo dispuesto á pagar la cantidad antes de contestada la demanda, demandando el procurador, ¿qué debe hacerse? Porque es injusto que sea obligado á aceptar el juicio, porque puede parecer sospechoso el que no ofreció la cantidad estando presente el dueño. ¿Y qué diremos si entonces no tuvo con qué pagar? ¿Deberá acaso obligarsele á que acepte el juicio? ¿Y qué se hará, pues, si la acción fuera infamante? Mas no hay duda de que antes de ser contestada la demanda debe mandar el Presidente que se deposite el dinero en el edificio á ello consagrado; porque también se hace esto con el dinero de los menores. Pero si se ha contestado la demanda, ha de resolverse todo esto por ministerio del Juez.

74. ULPIANO; *Opiniones, libro IV.*—Tampoco puede reclamar por medio de procurador en negocio público el encargado de los de la ciudad.

75. JULIANO; *Digesto, libro III.*—El que defendía al comprador y al mismo tiempo poseedor de un fundo, que estaba ausente, y en su nombre aceptaba el juicio, pedía al vendedor del fundo que por él fuese defendido; el vendedor deseaba que se le diese caución de que el comprador haría de ratificar la cosa; juzgo que aquel debe dar al vendedor fianza de ratificación, porque, si se hubiere restituido el fundo al demandante, nada hay que prohiba que el dueño pida la cosa, y que el vendedor sea obligado á defenderlo otra vez.

76. EL MISMO; *Comentarios á Minicio, libro V.*—Defendiendo á un ausente, dió Ticio fianza, y antes de que aceptase el juicio, dejó el reo de ser solvente, por cuya causa negaba el defensor que contra él debiera pronunciarse sentencia. Pregunta, ¿acaso se le deberá conceder esto? Juliano respondió: el defensor, cuando dió fianza, ha de ser considerado en lugar del dueño; y el Pretor no le ha de favorecer mucho si no le obligare á aceptar el juicio, toda vez que se puede ir contra sus fadores, y que éstos habrían de conseguir del defensor todo lo que hubieren pagado.

77. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro LVII.*—Todo el que es defendido, debe ser defendido á arbitrio de buen varón.

78. AFRICANO; *Cuestiones, libro VI.*—Y por tanto no puede considerarse que defiende un litigio á arbitrio de buen varón, el que, engañando al actor, lograr que no se lleve á término la controversia.

(1) VI., *Hal.*

(2) dominium repetere. *Hal. Vulg.*

(3) oportet, antiguamente en el *Fl.*, *Br.*

(4) ad fideiussores actor ire, *Hal.*

(5) quinquagesimo septimo, *Taur.*

(6) viri, omite la *Fl.*; *insértala Hal. Vulg.*

§ 1.—Ad duas res petendas procurator datus, si unam rem petat, exceptione non excluditur, et rem in iudicium deducit.

TIT. IV

QUOD CUIUSCUNQUE (1) UNIVERSITATIS NOMINE, VEL CONTRA EAM AGATUR (2)

1. GAIUS libro III. ad Edictum provinciale.— Neque societas, neque collegium, neque huiusmodi corpus passim omnibus haberi (3) conceditur; nam et Legibus, et Senatusconsultis, et Principalibus Constitutionibus ea res coercetur. Paucis admodum in causis concessa sunt huiusmodi corpora, ut ecce voctigalium publicorum sociis permissum est corpus habere, vel aurifodinarum, vel argentifodinarum, et salinarum. Item collegia Romae certa sunt, quorum corpus Senatusconsultis atque Constitutionibus Principalibus confirmatum est, veluti pistorum et quorundam aliorum, et naviculariorum, qui et in provinciis sunt.

§ 1.—Quibus autem permissum est corpus habere collegii, societatis, sive cuiusque alterius eorum nomine, proprium est ad exemplum Reipublicae habere res communes, arcam communem, et actorem sive syndicum, per quem tanquam in Republica (4), quod communiter agi fierique oporteat, agatur, fiat.

§ 2.—Quodsi nemo eos defendat, quod eorum commune erit, possideri, etsi admoniti non excitentur ad sui defensionem, venire se iussurum Proconsul ait. Et quidem non esse actorem vel syndicum tunc quoque intelligimus, quum is absit, aut valetudine impediatur (5), aut inhabilis sit ad agendum.

§ 3.—Et, si extraneus defendere velit universitatem, permittit Proconsul, sicut in privatorum defensionibus observatur, quia eo modo melior conditio universitatis fit.

2. ULPIANUS libro VIII. ad Edictum.— Si municipes vel aliqua universitas ad agendum det actorem, non erit dicendum, quasi a pluribus datum sic haberi: hic enim pro Republica vel universitate intervenit, non pro singulis.

3. IDEM libro IX. ad Edictum.— Nulli permittetur nomine civitatis vel curiae experiri, nisi ei, cui lex permittit, aut lege cessante ordo dedit, quum duae partes adessent, aut amplius, quam duae.

4. PAULUS libro IX. ad Edictum.— Plane, ut (6) duae partes Decurionum adfuerint, is quoque, quem decernent, numerari potest.

5. ULPIANUS libro VIII. (7) ad Edictum.— Illud

(1) CUIUSQUE, *Vulg.*

(2) AGATUR, *Hal. y el códice Fl. según antigua corrección, Br.*

(3) *Vulg.*: habere, *Fl.*

(4) rempublicam, *Hal.*

§ 1.—El procurador nombrado para pedir dos cosas, si pidiera una, no es rechazado con excepción, y puede litigar sobre la cosa.

TITULO IV

DE CUANDO SE DEMANDE EN NOMBRE DE UNA CORPORACIÓN Ó CONTRA ELLA

1. GAYO; *Comentarios al Edicto Provincial, libro III.*—No se concede indistintamente á todos que se constituya sociedad, ni colegio, ni otra corporación semejante; porque esto está restringido por Leyes, Senadoconsultos y Constituciones de los Principes. Para muy pocas cosas se han permitido semejantes corporaciones, como por ejemplo, se permitió formar cuerpo á los consocios arrendatarios de las contribuciones públicas, ó de minas de oro, ó de plata, y de salinas. También existen en Roma ciertos colegios, cuya corporación fué confirmada por Senadoconsultos y Constituciones de los Principes, como el de los panaderos y otros varios, y los de navieros que hay también en las provincias.

§ 1.—Mas á los que se permitió tener corporación de colegio, sociedad, ó de otra cosa cualquiera con este nombre, les es propio tener, á ejemplo de la República, bienes comunes, caja común, y apoderado ó síndico, por medio de quien, como en la República, se trate y haga lo que deba tratarse y hacerse en comunidad.

§ 2.—Pero si nadie los defendiera, dice el Procónsul que mandará que se dé la posesión de lo que fuere común á ellos, y que se venda, aunque citados no se movieran á su defensa. Y á la verdad, entendemos que tampoco hay apoderado ó síndico, cuando éste estuviera ausente, ó impedido por enfermedad, ó fuera inhabil para ejercitar una acción.

§ 3.—Y si algún extraño quisiera defender á una corporación, lo permite el Procónsul, como se practica en las defensas de los particulares, porque de este modo se hace mejor la condición de la corporación.

2. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro VIII.*—Si los individuos de un municipio ó alguna corporación, nombrasen representante para ejercitar una acción, no se habrá de decir que sea considerado lo mismo que nombrado por muchas personas; porque éste interviene por la República ó la corporación, no por cada uno en particular.

3. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro IX.*—A ninguno se le permitirá litigar en nombre de una ciudad ó de una curia, sino á aquel á quien la ley se lo permite, ó á quien, en defecto de la ley, nombró la corporación, hallándose presentes dos partes, ó más de dos.

4. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro IX.*—Evidentemente, para que hayan estado presentes dos partes de los Decuriones, puede contarse también á aquel á quien designaren.

5. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro VIII.*

(5) *Hal. Vulg.*: impedietur, *Fl.*

(6) ubi, *Vulg.*

(7) IX., *Hal.*

notandum Pomponius ait, quod et patris suffragium filio proderit, et filii patri;

6. PAULUS libro IX. ad Edictum.—item eorum, qui in eiusdem potestate sunt; quasi Decurio enim hoc dedit, non quasi domestica persona. Quod et in honorum petitione erit servandum, nisi lex municipii, vel perpetua consuetudo prohibeat.

§ 1.—Si Decuriones decreverunt actionem per eum movendam, quem Duumviri elegerint, is videtur ab ordine electus, et ideo experiri potest; parvi enim refert, ipse ordo elegerit, an is, cui ordo negotium dedit. Sed si ita decreverint, ut quaequunque incidisset controversia, eius petendae negotium Titius haberet, ipso iure id decretum nullius momenti esse, quia non possit videri de ea re, quae adhuc in controversia non sit, decreto datam persecutionem. Sed hodie haec omnia per syndicos solent secundum locorum consuetudinem explicari.

§ 2.—Quid, si actor datus postea decreto Decurionum prohibitus sit, an exceptio ei noceat? et puto sic hoc accipiendum, ut ei permissa videatur, cui et permissa durat (1).

§ 3.—Actor universitatis si agat, compellitur etiam defendere; non autem compellitur cavere de rato. Sed interdum si de decreto dubitetur, puto interponendam et de rato cautionem. Actor itaque iste procuratoris partibus fungitur, et indicati actio ei ex Edicto non datur, nisi in rem suam datus sit, et constitui ei potest. Ex iisdem causis mutandi actoris potestas erit, ex quibus etiam procuratoris. Actor etiam filiusfamilias dari potest.

7. ULPIANUS libro X. (2) ad Edictum.—Sicut municipium nomine actionem Praetor dedit, ita et adversus eos iustissime edicendum putavit. Sed et legato, qui in negotium publicum sumtum fecit, puto dandam actionem in municipes.

§ 1.—Si quid universitati debetur, singulis non debetur, nec quod debet universitas, singuli debent.

§ 2.—In Decurionibus vel aliis universitatibus nihil refert, utrum omnes iidem maneant, an pars maneant, vel omnes immutati sint. Sed si universitas ad unum redit (3), magis admittitur, posse eum conveniri et conveniri, quam ius omnium in unum reciderit, et stet nomen universitatis.

8. JAVOLENUS libro XV. ex Cassio.—An civitates, si per eos, qui res earum administrant, non

—Dice Pomponio, que se ha de advertir que también el voto del padre favorecerá al hijo, y el del hijo al padre;

6. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro IX.*— así como el de aquellos que están bajo su potestad; porque lo dió como Decurión, no como persona de su casa. Lo que también deberá observarse en la pretensión de honores, á no ser que lo prohiba alguna ley del municipio, ó la costumbre constante.

§ 1.—Si los Decuriones decretaron que se ejercitase una acción por aquel á quien los Duumvires hubieren elegido, es considerado éste como elegido por la corporación, y puede por lo tanto litigar; porque importa poco que lo hubiere elegido la misma corporación, ó aquel á quien la corporación dió el encargo. Pero si hubieren determinado así, que cualquiera que fuese la controversia que hubiese surgido, tuviera Ticio el encargo de reclamar en ella, esta resolución es de derecho de ningún valor, porque no puede entenderse que por decreto se haya conferido una reclamación, sobre cosa que aun no esté en controversia. Pero hoy se suelen gestionar todas estas cosas por medio de los syndicos, según la costumbre de las localidades.

§ 2.—¿Qué se dirá, si el apoderado nombrado hubiera sido después revocado por decreto de los Decuriones? ¿acaso le perjudicará esta excepción? Y opino que esto ha de entenderse así, que se le considere permitido aquello para lo que le dura el permiso.

§ 3.—Si el apoderado de una corporación demandase, es compelido también á defender; mas no es apremiado á dar caución de ratificación. Pero á veces, si se dudare respecto al decreto, juzgo que se ha de interponer también la caución de ratificación. Y así, este apoderado hace las veces de procurador, y no se le da por el Edicto la acción de cosa juzgada, á no ser que haya sido designado para negocio propio, y pueda ser nombrado para él. Habrá facultad de cambiar de apoderado por las mismas causas que también de procurador. Puede ser nombrado apoderado también el hijo de familia.

7. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro X.*— Así como el Pretor dió acción en nombre de los individuos de un municipio, así también juzgó que debía concederla contra ellos. Y aun al Legado, que sufragó gastos por un negocio público, opino que ha de darse acción contra los individuos del municipio.

§ 1.—Si algo se debiere á una corporación, no se debe á cada uno de sus individuos, ni lo que debe la corporación lo adeuda cada uno de ellos.

§ 2.—Tratándose de Decuriones ó de otras corporaciones, nada importa ó que permanezcan todos los mismos, ó que subsista parte, ó que todos se hayan cambiado. Pero si la corporación se redujo á uno solo, es lo más admitido que puede este demandar y ser demandado, puesto que el derecho de todos haya recaído en uno solo, y subsista el nombre de la corporación.

8. JAVOLENO; *Doctrina de Cassio, libro XV.*— Acaso, si las ciudades no son defendidas por aque-

(1) videantur, quae et permissa durant, Hal.

(2) IX., Hal.

(3) recidit, Hal.

defenduntur, nec quidquam est corporale Reipublicae, quod possidetur, per actiones debitorum civitatis agentibus satisfieri oportet.

9. POMPONIUS *libro XIII. (1) ad Sabinum.*—Si tibi cum municipibus hereditas communis erit, familiae erciscundae iudicium inter vos redditur. Idemque dicendum est in finium regundorum et aquae pluviae arcendae iudicio.

10. PAULUS *libro I. Manualium.*—Constitutum potest actor etiam ad operis novi nuntiationem, et ad stipulationes internonendas, veluti legatorum, damni infecti, iudicatum solvi, quamvis servo potius civitatis caveri debeat; sed etsi actori cautum fuerit, utilis actio administratori rerum civitatis dabitur.

TIT. V

DE NEGOTIIS GESTIS (2)

[Cf. *Cod. II. 18 (19).*]

1. ULPIANUS *libro X. ad Edictum.*—Hoc edictum necessarium est, quoniam magna utilitas absentium versatur, ne indefensi rerum possessionem, aut venditionem patiantur, vel pignoris distractionem, vel poenae committendae actionem, vel iniuria rem suam amittant.

2. GAIUS *libro III. ad Edictum provinciale.*—Si quis absentis negotia gesserit, licet ignorantis, tamen quidquid utiliter in rem eius impenderit, vel etiam ipse se in (3) re absentis alicui obligaverit, habeat eo nomine actionem. Itaque eo casu ultro citroque nascitur actio, quae appellatur negotiorum gestorum. Et sane sicut aequum est, ipsum actus sui rationem reddere et eo nomine condemnari, quidquid vel non, ut oportuit, gessit, vel ex his negotiis retinet, ita ex diverso iustum est, si utiliter gessit, praestari ei, quidquid eo nomine vel abest ei, vel abfuturum est.

3. ULPIANUS *libro X. ad Edictum.*—Ait Praetor: SI QUIS NEGOTIA ALTERIUS, SIVE QUIS NEGOTIA, QUAE CUIUSQUE (4), CUM IS MORITUR (5), FUERINT, GESSERIT, IUDICIUM EO NOMINE DABO.

§ 1.—Haec verba: «si quis», sic sunt accipienda: «sive quae»; nam et mulieres negotiorum gestorum agere posse et conveniri non dubitatur.

§ 2.—«Negotia» sic accipe: sive unum, sive plura.

§ 3.—«Alterius», inquit; et hoc ad utrumque sexum refertur.

§ 4.—Pupillus sane si negotia gesserit, post Rescriptum Divi Pii etiam conveniri potest in id, quod factus est locupletior; agendo autem compensationem eius, quod gessit, patitur.

(1) XII, *Hal.*(2) NEGOTIORUM GESTORUM, *Hal.*

(3) rem, según otra lectura del margen interior del código Fl.

llos que administran sus bienes, y la República no tiene bienes algunos corporales que posea, debe satisfacerse á los demandantes con las acciones de los deudores de la ciudad.

9. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XIII.*—Si tuvieres con los individuos de un municipio una herencia común, se da entre vosotros el juicio de partición de herencia. Y lo mismo se ha de decir respecto á la acción de determinación de linderos, y de encauzamiento del agua llovediza.

10. PAULO; *Manuales, libro I.*—También puede nombrarse apoderado para la denuncia de obra nueva, y para interponer estipulaciones, por ejemplo, sobre legados, daño inminente, y que se pague lo juzgado, aunque preferentemente deba darse la caución al esclavo de la ciudad; pero aunque se hubiere dado la caución al apoderado, la acción útil se dará al administrador de los bienes de la ciudad.

TITULO V

DE LA GESTIÓN DE NEGOCIOS

[Véase *Cód. II. 18 (19).*]

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro X.*—Este Edicto es necesario, porque redundan en grande utilidad de los ausentes, á fin de que, indefensos, no sufran la posesión de sus bienes, ó su venta, ó no pierdan la enagenación de la prenda, ó la acción de la pena en que se haya incurrido, ó con injusticia su propia cosa.

2. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro III.*—Si alguno hubiere administrado los negocios de un ausente, aunque éste lo ignorase, tenga, sin embargo, por este título acción por lo que útilmente hubiere gastado en sus cosas, ó también si él mismo se hubiere obligado á alguno en razón á los bienes del ausente. Y así, en este caso nace de una y de otra parte una acción, que se llama de negocios administrados. Y á la verdad, así como es justo que él dé cuenta de sus actos y que por tal razón sea condenado, si no hizo algo según debió, ó si retiene alguna cosa de dichos negocios, así por el contrario es justo, si administró utilmente, que se le pague lo que por tal motivo le falte, ó le haya de faltar.

3. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro X.*—Dice el Pretor: «Si alguno hubiere administrado los negocios de otro, ó los negocios que hubieren sido de cualquiera al morir, daré acción por esta causa».

§ 1.—Estas palabras: «si alguno», han de entenderse así: «ó si alguna»; porque no hay duda de que también las mujeres pueden demandar y ser demandadas por la gestión de negocios.

§ 2.—«Negocios», enténdelo así: ya sea uno, ya muchos.

§ 3.—«De otros», dice; y esto se refiere á ambos sexos.

§ 4.—A la verdad, si un pupilo hubiere administrado los negocios, después del Rescripto del Divino Pio puede ser también demandado por aquello en que se hizo más rico; pero demandando él, sufre la compensación de aquello que hizo.

(4) CUIUS, *Hal.*(5) MORIRETUR, *Hal.*

§ 5.—Et si furiosi negotia gesserim, competit mihi adversus eum negotiorum gestorum actio. Curatori autem furiosi vel furiosae adversus eum eamve dandam actionem Labeo ait.

§ 6.—Haec verba: «sive quis negotia, quae cuiusque, quum is moritur, fuerint, gesserit», significant illud tempus, quo quis post mortem alicuius negotia gessit; de quo fuit necessarium edicere, quoniam neque testatoris iam defuncti, neque heredis, qui nondum adiit, negotium gessisse videtur. Sed si quid accessit post mortem, ut puta partus et fructus, vel si quid servi acquisierint, etsi ex his verbis non continentur, pro adiecto tamen debent accipi.

§ 7.—Haec autem actio quum ex negotio gestoriatur, et heredi, et in heredem competit.

§ 8.—Si executor a Praetore in negotio meo datus dolum mihi fecerit, dabitur mihi adversus eum actio (1).

§ 9.—Interdum in negotiorum gestorum actione, Labeo scribit, dolum solummodo versari; nam si affectione coactus, ne bona mea distraherentur, negotiis te meis obtuleris, aequissimum esse dolum duntaxat te praestare. Quae sententia habet aequitatem.

§ 10.—Hac actione tenetur non solum is, qui sponte et nulla necessitate cogente immiscuit se negotiis alienis et ea gessit, verum et is, qui aliqua necessitate urgente vel necessitatis suspicione gessit.

§ 11.—Apud Marcellum libro secundo Digestorum quaeritur, si, quum proposuissem negotia Titii gerere, tu mihi mandaveris, ut geram; an utraque actione uti possim? Et ego puto utramque locum habere, quemadmodum ipse Marcellus scribit, si fideiussorem accepero negotia gesturus; nam et hic dicit, adversus utrumque esse actionem.

4. IDEM libro XLV. ad Sabinum.—Sed videamus, an fideiussor hic habere aliquam actionem possit; et verum est, negotiorum gestorum eum agere posse, nisi donandi animo fideiussit.

5. IDEM libro X. ad Edictum.—Item si, quum putavi a te mihi mandatum, negotia gessi, et hic nascitur negotiorum gestorum actio cessante mandati actione. Idem est etiam, si pro te fideiussero, dum puto mihi a te mandatum esse.

§ 1.—Sed et si, quum putavi Titii negotia esse, quum essent Sempronii, ea gessi, solus Sempronius mihi actione negotiorum gestorum tenetur (2).

6. IULIANUS libro III. Digestorum scribit:—Si pupilli tui negotia gessero, non mandatu tuo, sed ne tutelae iudicio teneris, negotiorum gestorum

§ 5.—Y si yo hubiere administrado los negocios de un furioso, me compete contra él la acción de gestión de negocios. Pero dice Labeon, que al curador del loco ó de la loca se le ha de dar acción contra aquél ó ésta.

§ 6.—Estas palabras: «ó si alguno hubiere administrado los negocios que hubieren sido de cualquiera al morir», significan aquel tiempo en que alguno administró los negocios de otro, después de su muerte; sobre lo cual fué necesario que el Edicto resolviera, porque no se entienda que administró los negocios, ni del testador ya difunto, ni del heredero, que aun no adió la herencia. Pero si después de la muerte recibió aquella algún aumento, como partos, fetos, ó frutos, ó si algo hubieren adquirido los esclavos, aunque no está contenido en aquellas palabras, debe entenderse como agregado á ellas.

§ 7.—Mas como esta acción procede de la gestión de negocios, compete al heredero y contra el heredero.

§ 8.—Si el executor nombrado por el Pretor para un negocio mio hubiere cometido dolo contra mí, se me dará acción contra él.

§ 9.—Escribe Labeon, que en la acción de gestión de negocios, á veces se presta solamente el dolo; porque si movido de afecto te hubieres consagrado á mis negocios, para que no sean vendidos mis bienes, es muy justo que tan solo te obligues por el dolo. Cuya opinión es conforme á equidad.

§ 10.—A esta acción queda sujeto no solo el que espontáneamente y sin apremiarle necesidad alguna se inmiscuyó en negocios ajenos y los administró, sino también el que los administró por alguna necesidad urgente, ó por sospecha de tal necesidad.

§ 11.—Pregúntase Marcelo en el libro segundo de su Digesto, si habiéndome yo propuesto administrar los negocios de Ticio, tú me hubieres mandado que los administrara, ¿podré usar de una y de otra acción? Y opino que una y otra tienen lugar, según escribe el mismo Marcelo, si para administrar los negocios hubiere yo recibido fiador; porque también en este caso dice, que hay acción contra uno y otro.

4. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XLV.*—Pero veamos si en este caso el fiador puede tener alguna acción; y la verdad es que puede ejercitar la de gestión de negocios, si no fué fiador con ánimo de hacer donación.

5. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro X.*—Igualmente, si administré los negocios habiendo creído que por tí se me mandó, también en este caso nace la acción de gestión de negocios, no habiendo lugar á la acción de mandato. Y lo mismo es también, si por tí yo hubiere afianzado, creyendo que me lo habías mandado.

§ 1.—Pero si habiendo creído que los negocios eran de Ticio, siendo de Sempronio, los administré, solo Sempronio me está obligado por la acción de gestión de negocios.

6. JULIANO en el libro III del Digesto, escribe:—Si hubiere yo administrado los negocios de tu pupilo, no por mandato tuyo, sino para que no

(1) Considerase todo este párrafo como añadido por antiguos copistas.

(2) ut, inserta Hal. y une este fragmento con el siguiente.

te habeo obligatum; sed et pupillum, modo si locupletior fuerit factus.

§ 1.—Item si procuratori tuo mutuum pecuniam dederis tui contemplatione, ut creditorem tuum vel pignus tuum liberet, adversus te negotiorum gestorum habeo actionem, adversus eum, cum quo contraxi, nullam. Quid tamen, si a procuratore tuo stipulatus sum? Potest dici, superesse mihi adversus te negotiorum gestorum actionem, quia ex abundantia hanc stipulationem interposui.

§ 2.—Si quis pecuniam vel aliam quandam rem ad me perferendam acceperit, quia meum negotium gessit, negotiorum gestorum mihi actio adversus eum competit.

§ 3.—Sed et, si quis negotia mea gessit non mei contemplatione, sed sui lucri causa, Labeo scripsit, suum eum potius, quam meum negotium gessisse; qui enim depraedandi causa accedit, suo lucro, non meo commodo studet. Sed nihilominus, imo magis et is tenebitur negotiorum gestorum actione. Ipse tamen si circa res meas aliquid impenderit, non in id, quod ei abest, quia improbe ad negotia mea accessit, sed in quod ego locupletior factus sum, habet contra me actionem.

§ 4.—Si quis ita simpliciter versatus est, ut suum negotium in suis bonis quasi meum gesserit, nulla ex utroque latere nascitur actio, quia nec fides bona hoc patitur. Quodsi et suum et meum quasi meum gesserit, in meum tenebitur; nam et si cui mandaveris, ut meum negotium gerat, quod mihi tecum erat commune, dicendum esse Labeo ait, si et tuum gessit sciens, negotiorum gestorum eum tibi teneri.

§ 5.—Si quis quasi servus meus negotium meum gesserit, quum esset vel libertus, vel ingenuus, dabitur negotiorum gestorum actio.

§ 6.—Sed si ego tui filii negotia gesseris, vel servi, videamus, an tecum negotiorum gestorum habeam actionem. Et mihi videtur verum, quod Labeo distinguit et Pomponius libro vicesimo sexto probat, ut, si quidem contemplatione tui negotia gessi peculiararia, tu mihi tenearis; quodsi amicitia filii tui vel servi, vel eorum contemplatione, adversus patrem vel dominum de peculio duntaxat dandam actionem. Idemque est, etsi sui iuris esse eos putavi, nam etsi servum non necessarium emeris filio tuo, et tu ratum habueris, nihil agitur ratihabitione. Eodem loco Pomponius scribit hoc adiecto, quod putat, etsi nihil sit in peculio, quoniam plus patri dominove debetur, et in patrem dandam actionem in quantum locupletior ex mea administratione factus sit.

§ 7.—Sed si hominis liberi, qui tibi bona fide serviebat, negotia gesseris, siquidem putans tuum esse servum gessi, Pomponius scribit, earum rerum peculiarium (1) causa, quae te sequi debent, tecum mihi fore negotiorum gestorum actionem, earum vero rerum, quae ipsum sequuntur, non tecum, sed cum ipso. Sed si liberum scivi, earum

quedaras obligado por la acción de tutela, te tendré obligado por la de gestión de negocios; y aun al pupilo, si hubiere sido hecho más rico.

§ 1.—Asimismo, si por consideración á tí hubiere yo prestado dinero á tu procurador para que pagase á tu acreedor ó redimiese una prenda tuya, tendré contra tí la acción de gestión de negocios, y ninguna contra aquel con quien contraté. Mas, ¿qué, si estipulé de tu procurador? Puede decirse que me queda contra tí la acción de gestión de negocios, porque interpusi esta estipulación á mayor abundamiento.

§ 2.—Si alguno hubiere recibido dinero ú otra cualquier cosa para llevármela, me compete contra él la acción de gestión de negocios, porque se ocupó en negocio mio.

§ 3.—Pero también si uno cuidó mis negocios, no por consideración á mí, sino por lucrosuyo, escribió Labeo, que más bien cuidó de negocio suyo que de mio; porque el que se entrometió en ellos para hacer depredaciones, procura por su lucro, no por mi conveniencia. Pero, no obstante, con tanta más razón se obligará también éste por la acción de gestión de negocios. Sin embargo, si hubiere gastado algo por causa de mis negocios, tiene acción contra mí, no por aquello que le falta, porque se ingirió en mis negocios con mala intención, sino por aquello en que me hice más rico.

§ 4.—Si alguno procedió tan simplemente que, como mio, hubiere cuidado de su negocio en sus propios bienes, no nace ninguna acción de una ni de otra parte, porque ni aun la buena fe lo consiente. Pero si, como mio, hubiere cuidado del suyo y del mio, se obligará por el mio; porque también si hubiere yo mandado á alguno, que cuidase de un negocio mio, que yo tenía en común contigo, expresa Labeo que ha de decirse, que, si á sabiendas cuidó también del tuyo, te queda obligado por la gestión de negocios.

§ 5.—Si alguien hubiere cuidado, como esclavo mio, de mi negocio, siendo ó liberto, ó ingenuo, se dará la acción de gestión de negocios.

§ 6.—Pero si yo hubiere administrado los negocios de tu hijo, ó de tu esclavo, veamos si tendré contra tí la acción de gestión de negocios. Y á mí me parece verdadero lo que Labeo distingue y aprueba Pomponio en su libro vigésimo sexto, que, si verdaderamente por consideración á tí administré los negocios de los peculios, me quedarás obligado; pero que si lo hice por amistad de tu hijo ó de tu esclavo, ó por consideración á ellos, tan sólo se ha de dar acción sobre el peculio contra el padre ó el señor. Y lo mismo es, aunque haya creído yo que ellos eran dueños de sí, porque aun cuando hubiere yo comprado para tu hijo un esclavo innecesario, y tú lo hubieres ratificado, nada se hace con la ratificación. En el mismo lugar escribe Pomponio, añadiendo esto que opina, que aunque nada haya en el peculio, porque se debe más al padre ó al señor, también se ha de dar acción contra el padre por tanto cuanto se hizo más rico por mi administración.

§ 7.—Pero si hubiere yo administrado los negocios de un hombre libre, que de buena fe te servía como esclavo, si los administré creyendo que era tu esclavo, escribe Pomponio que, respecto á aquellos bienes del peculio que deben pertenecerte, tendré contra tí la acción de gestión de negocios, pero en cuanto á aquellos que le correspon-

(1) peculiarium, omitela Hal.

quidem rerum, quae eum sequuntur, habeo adversus eum actionem, earum vero, quae te sequuntur, adversus te.

§ 8.—Si Titii servum putans, qui erat Sempronii, dederó pecuniam, ne occideretur, ut Pomponius ait, habeo negotiorum gestorum adversus Sempronium actionem.

§ 9.—Item quaeritur apud Pedium libro septimo: Si Titium quasi debitorem tuum extra iudicium admovero, et is mihi solverit, quum debitor non esset, tuque postea cognoveris et ratum habueris, an negotiorum gestorum actione me possis convenire? Et ait, dubitari posse, quia nullum negotium tuum gestum est, quum debitor tuus non fuerit. Sed ratihabitio, inquit, fecit tuum negotium, et sicut ei, a quo exactum est, adversus eum datur repetitio, qui ratum habuit, ita et ipsi debet post ratihibitionem adversus me competere actio. Sic ratihabitio constituet tuum negotium, quod ab initio tuum non erat, sed tua contemplatione gestum.

§ 10.—Idem ait, si Titii debitorem, cui te heredem putabam, quum esset Seius heres, convenero similiter et exegero, mox tu ratum habueris, esse mihi adversus te, et tibi mutuum negotiorum gestorum actionem. Atqui alienum negotium gestum est, sed ratihabitio hoc conciliat; quae res efficit, ut tuum negotium gestum videatur, et a te hereditas peti possit.

§ 11.—Quid ergo, inquit Pedius, si, quum te heredem putarem, insulam fulsero hereditariam, tuque ratum habueris, an sit mihi adversus te actio? Sed non fore ait, quum hoc factó meo alter sit locupletatus, et alterius re ipsa gestum negotium sit, nec possit, quod alii acquisitum est ipso gestu, hoc tuum negotium videri.

§ 12.—Videamus in persona eius, qui negotia administrat, si quaedam gessit, quaedam non, contemplatione tamen eius alius ad haec non accessit, etsi vir diligens, quod ab eo exigimus, etiam ea gesturus fuit; an dici debeat, negotiorum gestorum eum teneri et propter ea, quae non gessit? Quod hic (1) puto verius. Certe si quid a se exigere debuit, procul dubio hoc ei imputabitur; quamquam enim hoc ei imputari non possit, cur alios debitores non convenerit, quoniam conveniendi eos iudicio facultatem non habuit, qui nullam actionem intendere potuit, tamen a semetipso cur non exegerit, ei imputabitur; et si forte non fuerit usurarium debitum, incipit esse usurarium, ut Divus Pius Flavio Longino rescripsit, nisi forte, inquit, usuras ei remisit;

7. [6. H.] PAULUS libro IX. ad Edictum.—quia tantundem in bonae fidei iudiciis officium iudicis valet, quantum in stipulatione nominatim eius rei facta interrogatio.

8. [7. H.] ULPIANUS libro X. ad Edictum.—Si

(1) hic, inserta el primitivo código Fl.; hic, omitela Taur. según reciente corrección, Br.

den, no contra tí, sino contra él mismo. Mas si supe que era libre, tendré contra él la acción ciertamente respecto á las cosas que le pertenecen, pero contra tí en cuanto á las que te corresponden.

§ 8.—Si creyendo de Ticio el esclavo que era de Sempronio, hubiere yo dado dinero, para que no fuese muerto, tendré, según dice Pomponio, contra Sempronio la acción de gestión de negocios.

§ 9.—También se pregunta Pedio en su libro séptimo: Si extrajudicialmente hubiere yo reclamado á Ticio, como á deudor tuyo, y él me hubiere pagado, no siendo deudor, y después tú lo hubieres sabido y ratificado, ¿me podrás demandar con la acción de gestión de negocios? Y dice que puede dudarse, porque no se gestionó ningún negocio tuyo, puesto que aquel no había sido tu deudor. Pero la ratificación, añade, hizo tuyo el negocio, y así como á aquel de quien se cobró se le da la repetición contra el que lo ratificó, así también á éste deberá competérle, después de la ratificación, acción contra mí. De este modo la ratificación hará tuyo el negocio, que al principio no era tuyo, pero que se gestionó por consideración á tí.

§ 10.—Dice el mismo, que si de la misma manera hubiere yo demandado y cobrado á un deudor de Ticio, de quien yo te creía heredero, siéndolo Seyo, y después lo hubieres tú ratificado, tengo contra tí, y tú contra mí la acción mútua de gestión de negocios. Pues aunque se gestionó un negocio ajeno, esto lo concilia, no obstante, la ratificación, que hace que parezca haberse gestionado un negocio tuyo, y que de tí pueda pedirse la herencia.

§ 11.—¿Qué diremos, pues, pregunta Pedio, si, creyéndote yo heredero, hubiere reparado una casa de la herencia, y tú lo hubieres ratificado? ¿tendré acción contra tí? Pero dice que no la tendré, porque con este hecho mío se benefició otro, y se gestionó en realidad un negocio de otro, sin que pueda considerarse negocio tuyo esto que por la misma gestión se adquirió para otro.

§ 12.—Veamos respecto á la persona del que administra negocios, si cuidó de unos, y de otros no, y por consideración á él no atendió á estos otro individuo, aunque como varón diligente, que es lo que de él exigimos, también los hubiera de haber administrado; ¿deberá acaso decirse, que queda obligado por la gestión de negocios, aun por aquellos que no administró? Esto es lo que en este caso tengo por más verdadero. Ciertamente que si debió exigir alguna cosa de sí mismo, está lejos de duda que se le imputará esto; pues aunque no pueda imputársele el que no haya demandado á otros deudores, porque no tuvo facultad para demandarlos en juicio quien no pudo intentar ninguna acción, se le imputará, no obstante, el no haber cobrado de sí mismo; y si acaso el débito no hubiere sido á interés, empieza á devengararlo, según el Divino Pío manifestó por Rescripto á Flavio Longino, si, por ventura, dice, no le había condonado los intereses;

7. [6. H.] PAULO; Comentaríos al Edicto, libro IX.—porque en los juicios de buena fe el oficio del juez vale tanto, como en la estipulación la interrogación de aquella cosa hecha expresamente.

8. [7. H.] ULPIANO; Comentaríos al Edicto, li-

antem is fuit, qui negotia administravit, a quo mandatum non exigebatur, posse ei imputari, cur oblata de rato cautione eum non convenit, si modo facile ei fuerit satisfacere. Certe in sua persona iudicatum est; et ideo si ex causa fuit obligatus, quae certo tempore finiebatur, et tempore liberatus est, nihilominus negotiorum gestorum actione erit obligatus. Idem erit dicendum et in ea causa, ex qua heres non (1) tenetur, ut Marcellus scribit.

§ 1.—Item si fundum tuum vel civitatis per obreptionem petiero negotium suum vel civitatis gerens, et ampliores, quam oportuit, fructus fuero consecutus, debebo hoc ipsum tibi vel Reipublicae praestare, licet petere non potuerim.

§ 2.—Si quoquunque modo ratio compensationis habita non est a iudice, potest contrario iudicio agi. Quodsi post examinationem reprobatae fuerint compensationes (2), verius est, quasi re iudicata amplius agi contrario iudicio non posse, quia exceptio rei iudicatae opponenda est.

§ 3. [9.].—(3) Iulianus libro tertio tractat: Si ex duobus sociis alter me prohibuerit administrare, alter non, an adversus eum, qui non prohibuit, habeam negotiorum gestorum actionem? Movetur eo, quodsi data fuerit adversus eum actio, necesse erit et eum pertingi (4), qui vetuit. Sed et illud esse iniquum, eum, qui non prohibuit, alieno facto liberari, quum, si mutuum pecuniam alteri ex sociis prohibente socio dedissem, utique eum obligarem. Et puto secundum Iulianum debere dici, superesse contra eum, qui non prohibuit, negotiorum gestorum actionem, ita tamen, ut is, qui prohibuit, ex nulla parte neque per socium, neque per (5) ipsum aliquid damni sentiat.

9. [8. H. 10. V.] SCAEVOLA libro I. *Quaestionum*.—Pomponius scribit, si negotium a te, quamvis male gestum, probavero, negotiorum tamen gestorum te mihi non teneri. Videndum ergo, ne in dubio, hoc an ratum habeam, actio negotiorum gestorum pendeat; nam quomodo, quum semel coeperit, nuda voluntate tolletur? sed superius ita verum se putare, si dolus malus a te absit. Scaevola: (6) imo puto, etsi comprobem, adhuc negotiorum gestorum actionem esse; sed eo dictum (7), te mihi non teneri, quod reprobare (8) non possim semel probatum, et quemadmodum, quod utiliter gestum est, necesse est apud iudicem pro rato haberi, ita omne, quod ab ipso probatum est. Ceterum si, ubi probavi, non est negotiorum actio, quid fiet, si a debitore meo exegerit, et probaverim, quemadmodum recipiam? item si vendiderit? ipse denique, si quid impendit, quemadmodum recipiet? Nam utique mandatum non est; erit igitur et post ratihabitionem negotiorum gestorum actio.

(1) tenetur, según otra lectura del margen interior del códice Fl.

(2) compensationes, Hal. Vulg.

(3) Las ediciones vulgares empiezan aquí el fragmento 9.

(4) perstringi, Hal. Vulg.

(5) se, inserta Hal.

(6) Scaevola, omitela Hal.

(7) dicto, Hal. Vulg.

bro X.—Mas si el que administró los negocios fué uno á quien no se exigía mandato, se le puede imputar por qué no demandó á un tercero ofreciendo caución de ratificación, si acaso le hubiere sido facil darla. Esto, á la verdad, es indudable respecto á su persona; y por tanto, si estuvo obligado por causa que finía dentro de cierto tiempo, y por el lapso del tiempo quedó libre, quedará, no obstante, obligado por la acción de gestión de negocios. Lo mismo deberá decirse también, como escribe Marcelo, respecto de aquella causa por la que no se obliga el heredero.

§ 1.—Igualmente, si gestionando un negocio tuyo ó de la ciudad hubiere yo pedido con engaño un fundo tuyo ó de la ciudad, y hubiere conseguido más frutos que lo que fué debido, deberé entregarte los mismos á ti ó á la República, aunque yo no hubiere podido pedir.

§ 2.—Si por cualquiera razón no se tuvo por el juez cuenta de la compensación, puede reclamarse por la acción contraria. Pero si después de examen hubieren sido desestimadas las compensaciones, es más cierto que, como habiendo sido juzgada la cosa, no puede pedirse ya por la acción contraria, porque se ha de oponer la excepción de cosa juzgada.

§ 3. [9.].—Examina Juliano en su libro tercero: Si de dos socios uno me hubiere prohibido administrar, y el otro no, ¿tendré acaso contra el que no me lo prohibió la acción de gestión de negocios? Inclinase á ello, pero si se hubiere dado contra él la acción, será necesario que se extienda también á aquel que lo prohibió. Mas también es injusto que el que no lo prohibió quede libre por un hecho ajeno, cuando, si yo hubiese dado dinero prestado á uno de los socios prohibiéndolo el otro, ciertamente le obligaría. Y opino, según Juliano, que debe decirse, que queda contra el que no lo prohibió la acción de gestión de negocios, pero de modo que el que lo prohibió no sufra perjuicio alguno por ninguna parte, ni por su socio, ni por sí mismo.

9. [8. H. 10. V.] SCAEVOLA; *Cuestiones, libro I*.—Escribe Pomponio, que si yo hubiere aprobado un negocio, aunque malamente llevado por ti, no me quedas, sin embargo, obligado por la gestión de negocios. Se ha de ver, pues, si es que la acción de gestión de negocios no esté pendiente de la duda de si yo lo ratifico; porque ¿cómo se extinguirá por la sola voluntad, cuando ya una vez hubiere comenzado? Pero opina que es verdad lo antes expresado, si en ti no hubiera dolo malo. Añade Scævola: antes bien creo, que aunque yo apruebe, subsiste todavía la acción de gestión de negocios; pero por esto se ha dicho que no me quedas obligado, porque no puedo reprobar lo una vez aprobado, y así como es necesario que sea ratificado ante el juez lo que se gestionó útilmente, así también es necesario que lo sea todo lo que por mi mismo se aprobó. Por lo demás, si desde luego que aprobé no hay gestión de acción de negocios, ¿qué se hará, si hubiere él cobrado de mi deudor, y yo lo hubiere aprobado? ¿de qué modo lo percibiré? ¿y si también él hubiere vendido? y por último, si él mismo gastó algo, ¿cómo lo recobrará? Porque ciertamente no hay mandato; habrá, pues, aun después de la ratificación la acción de gestión de negocios.

(8) Taur.; reprobari, Fl., Br.

10. [9. H. 11. V.] ULPIANUS libro X. ad Edictum.—Sed an ultro mihi tribuitur actio sumtum, quos feci? Et puto competere, nisi specialiter id actum est, ut neuter adversus alterum habeat actionem.

§ 1.—Is autem, qui negotiorum gestorum agit, non solum si effectum habuit negotium, quod gessit, actione ista utatur, sed sufficit, si utiliter gessit (1), etsi effectum non habuit negotium; et ideo, si insulam fulsit, vel servum aegrum curavit, etiamsi insula exusta est, vel servus obiit, aget negotiorum gestorum; idque et Labeo probat. Sed ut Celsus refert, Proculus apud eum notat, non semper debere dari. Quid enim, si eam insulam fulsit, quam dominus quasi impar sumtui dereliquerit, vel quam sibi necessariam non putavit? Oneravit, inquit, dominum secundum Labeonis sententiam, quum unicuique liceat et damni infecti nomine rem derelinquere. Sed istam sententiam Celsus eleganter deridet; is enim negotiorum gestorum, inquit, habet actionem, qui utiliter negotia gessit; non autem utiliter negotia gerit, qui rem non necessariam, vel quae oneratura est patremfamilias, aggreditur. Iuxta hoc est et quod Iulianus scribit, eum, qui insulam fulsit, vel servum aegrotum curavit, habere negotiorum gestorum actionem, si utiliter hoc faceret, licet eventus non sit secutus. Ego quaero, quid, si putavit se utiliter facere, sed patrifamilias non expediebat? dico hunc non habiturum negotiorum gestorum actionem; ut enim eventum non spectemus (2), debet utiliter esse coeptum.

11. [10. H. 12. V.] POMPONIUS libro XXI. (3) ad Quintum Mucium.—Si negotia absentis et ignorantis geras, et culpam, et dolum praestare debes. Sed Proculus, interdum etiam casum praestare (4) debere, veluti si novum negotium, quod non sit solitus absens facere, tu nomine eius geras, veluti venales novicios coemendo, vel aliquam negotiationem ineundo. Nam si quid damnum ex ea re secutum fuerit, te sequetur, lucrum vero absentem; quodsi in quibusdam lucrum factum fuerit, in quibusdam damnum, absens pensare (5) lucrum cum damno debet.

12. [11. H. 13. V.] ULPIANUS libro X. ad Edictum.—Successori eius, cuius fuerunt negotia, qui apud hostes decessit, haec actio danda erit.

§ 1.—Sed si filii familias militis defuncti testamento facto gessi, similiter erit danda actio.

§ 2.—Sicut autem in negotiis vivorum gestis sufficit utiliter negotium gestum (6), ita et in bonis mortuorum, licet diversus exitus (7) sit.

13. [12. H. 14. V.] PAULUS libro IX. ad Edi-

10. [9. H. 11. V.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro X.*—Pero ¿se me dará acaso desde luego acción por los gastos que hice? Y juzgo que me compete, si especialmente no se convino esto, que ninguno tuviese acción contra el otro.

§ 1.—Mas el que reclama por la gestión de negocios, se servirá de esta acción, no solo si tuvo efecto el negocio de que fué gestor, sino que basta que haya gestionado útilmente, aunque no haya tenido efecto el negocio; y por tanto, si reparó una casa, ó curó á un esclavo enfermo, aunque se haya quemado la casa, ó el esclavo se haya muerto, podrá ejercitar la acción de gestión de negocios; y esto mismo lo aprueba también Labeon. Pero, como refiere Celso, dice Próculo en sus notas á aquel, que no siempre debe darse. ¿Qué se dirá, pues, si reparó aquella casa, que su dueño hubiere abandonado por no tener para su coste, ó que no consideró necesaria para sí? Dice que, según el parecer de Labeon, gravó al dueño, pues á cualquiera es lícito abandonar una cosa aun por razón de daño inminente. Pero Celso ridiculiza discretamente este parecer; porque, dice, tiene la acción de gestión de negocios el que administró útilmente los negocios; mas no administra útilmente los negocios el que emprende una cosa no necesaria, ó que ha de ser gravosa al padre de familia. Conforme á esto es también lo que escribe Juliano, que el que reparó la casa, ó curó al esclavo enfermo, tiene la acción de gestión de negocios, si esto lo hiciera útilmente, aunque no se haya seguido resultado. Yo pregunto, ¿y qué, si creyó que obraba útilmente, pero no convenia al padre de familia? Digo, que aquel, no ha de tener la acción de gestión de negocios; porque para que no atendamos al resultado, debe haberse comenzado útilmente.

11. [10. H. 12. V.] POMPONIO; *Comentarios á Quinto Mucio, libro XXI.*—Si administraras los negocios de un ausente, y éste lo ignorase, debes responder de la culpa y del dolo. Pero Próculo dice, que á veces debes responder también del caso fortuito; por ejemplo, si á nombre del ausente hicieras un negocio nuevo que él no hubiere acostumbrado á hacer, como comprando esclavos novicios, ó emprendiendo alguna negociación. Porque si de esto hubiere resultado pérdida, será de tu cuenta, pero la ganancia para el ausente; mas si en unas cosas se hubiere realizado ganancia, y en otras pérdida, el ausente debe compensar el beneficio con el daño.

12. [11. H. 13. V.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro X.*—Se habrá de dar esta acción al sucesor de aquel, cuyos fueron los negocios, que falleció en poder de los enemigos.

§ 1.—Pero si cuidé de los negocios del hijo de familia, militar, fallecido habiendo hecho testamento, igualmente deberá darse esta acción.

§ 2.—Mas así como respecto á la gestión de negocios de los vivos basta que se haya administrado útilmente el negocio, así basta también respecto á los bienes de los fallecidos, aunque el éxito sea desfavorable.

13. [12. H. 14. V.] PAULO; *Comentarios al Edic-*

(1) coepit, Hal.

(2) Hal. Vulg.; spectamus, Fl.

(3) VII, Hal.

(4) praestari, Hal.

(5) compensare, Hal. Vulg.

(6) coeptum, Hal.

(7) secutus, omitela Taur., pero con razón se halla en el código Fl., Br.

ctum.—Debitor meus, qui mihi quinquaginta debebat, decessit; huius hereditatis curationem suscepi, et impendi decem; deinde redacta ex venditione rei hereditariae centum in arca reposui; haec sine culpa mea perierunt; quaesitum est, an ab herede, qui quandoque extitisset, vel creditam pecuniam quinquaginta petere possim vel decem, quae impendi? Iulianus scribit, in eo verti quaestionem, ut animadvertamus, an iustam causam habuerim seponendorum centum; nam si debuerim et mihi, et ceteris hereditariis creditoribus solvere, periculum non solum sexaginta, sed et reliquorum quadraginta millium, (1) me praestitutum, decem tamen, quae impenderim, retenturum, id est, sola nonaginta restituenda (2). Si vero iusta causa fuerit, propter quam integra centum custodirentur, veluti si periculum erat, ne praedia in publicum committerentur, ne poena traiectionis pecuniae augeretur, aut ex compromisso committeretur, non solum decem, quae in hereditaria negotia impenderim, sed etiam quinquaginta, quae mihi debita sunt, ab herede me consequi posse.

14. [13. H. 15. V.] ULPIANUS libro X. ad Edictum.—Si filiusfamilias negotia gessisse proponatur, acquissimum erit, in patrem quoque actionem dari, sive peculium habet, sive in rem patris sui vertit; et, si ancilla, simili modo.

15. [14. H. 16. V.] PAULUS libro IX. ad Edictum.—Pomponius libro vicesimo sexto, in negotiis gestis initio cuiusque temporis conditionem spectandam, ait. Quid enim, inquit, si pupilli negotia coeperim gerere, et inter moras pubes factus sit? vel servi aut filiifamilias, et interea liber aut paterfamilias effectus sit? Hoc et ego verius esse didici, nisi, si ab initio quasi unum negotium gesturus accessero, deinde alio animo ad alterum accessero eo tempore, quo iam pubes, vel liber, vel paterfamilias effectus est; hic enim quasi plura negotia gesta sunt, et pro qualitate personarum et actio formatur, et condemnatio moderatur.

16. [15. H. 17. V.] IDEM libro VII. ad Plautium.—Sed et quum aliquis negotia mea gerit (3), non multa negotia sunt, sed unus contractus, nisi si ab initio ad unum negotium accessit, ut finito eo discederet; hoc enim casu si nova voluntate aliud quoque aggredi coeperit, alius contractus est.

17. [16. H. 18. V.] ULPIANUS libro XXXV. (4) ad Edictum.—Eum actum, quem quis in servitute egit, manumissus non cogitur reddere. Plane si quid connexum fuit, ut separari ratio eius, quod in servitute gestum est, ab eo, quod in libertate gessit, non possit, constat venire in iudicium vel mandati, vel negotiorum gestorum et quod in ser-

to, libro IX.—Falleció un deudor mio, que me debía cincuenta; tomé á mi cargo el cuidado de su herencia, y gasté diez; después deposité en caja ciento, que percibí de la venta de los bienes de la herencia; esta suma se perdió sin culpa mia; se preguntó, ¿podría yo acaso pedir al heredero, que algún día hubiese llegado á serlo, ó los cincuenta que se me debían, ó los diez que gasté? Juliano escribe, que la cuestión estriba en esto, que veamos si tuve justa causa para depositar los ciento; porque si yo hubiere debido así pagarme, como pagar á los demás acreedores de la herencia, habré de responder de la pérdida no solo de los sesenta, sino también de los otros cuarenta mil, pero podré retener los diez que haya gastado, esto es, que sólo habrán de restituirse noventa. Mas si hubiere habido justa causa para que se guardaran los ciento, como si había peligro de que los predios fuesen confiscados, ó de que se aumentase la pena de un préstamo á riesgo marítimo, ó se incurriese en la del compromiso, puedo conseguir del heredero no solo los diez que yo hubiere gastado en los negocios de la herencia, sino también los cincuenta que se me deben.

14. [13. H. 15. V.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro X.*—Si se dijera que un hijo de familia administró los negocios, será muy justo que también se dé la acción contra el padre, ya si aquel tiene peculio, ya si beneficia los bienes de su padre; y de igual modo, si se tratase de una esclava.

15. [14. H. 16. V.] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro IX.*—Dice Pomponio en el libro vigésimo sexto, que en la gestión de negocios ha de considerarse en su principio la condición del tiempo de cualquiera. Porque ¿qué se dirá, pregunta, si yo hubiere comenzado á administrar los negocios de un pupilo, y entre tanto éste se hubiere hecho púbero? ¿ó los de un esclavo, ó de un hijo de familia, y mientras tanto se hubiere hecho libre ó padre de familia? También yo he considerado que es más verdadero lo expresado, salvo si al principio me hubiere inmiscuído como para gestionar un solo negocio, y después con otro ánimo me hubiere dirigido á otro negocio al tiempo en que ya se hizo púbero, ó libre, ó padre de familia; porque en este caso hay como muchas gestiones de negocios, y según la calidad de las personas se constituye la acción, y se modera la condena.

16. [15. H. 17. V.] EL MISMO; *Comentarios al Plautio, libro VII.*—Pero cuando alguno administra mis negocios, no hay muchas gestiones, sino un solo contrato, salvo si desde un principio se dirigió á un solo negocio, para apartarse una vez concluído; porque en este caso, si con nueva voluntad hubiere comenzado á acometer también otro negocio, hay otro contrato distinto.

17. [16. H. 18. V.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXXV.*—De la administración que cualquiera llevó en esclavitud, no está obligado á rendir cuentas, una vez manumitido. Mas si algún negocio fué conexo, de suerte que la cuenta de lo que se hizo durante la esclavitud no pueda separarse de lo que aquel gestionó en libertad,

(1) Esta palabra, millium, es considerada superflua.

(2) id est, sola — restituenda, omittelas Hal.

(3) Taur.; gerat, Fl., Br.

(4) XXV., Hal.

vitute gestum est. Denique si tempore servitutis aream emerit et in ea insulam aedificaverit, eaque corruerit, deinde manumissus fundum locaverit, sola locatio fundorum in iudicio negotiorum gestorum deducetur; quia ex superioris temporis administratione nihil amplius iudicio deduci potest, quam id, sine quo ratio libertatis tempore administratorum negotiorum expediri non potest.

18. [17. H. 19. V.] PAULUS libro IX. ad Edictum.—Proculus et Pegasus bonam fidem eum, qui in servitute gerere coepit, praestare debere aiunt; ideoque quantum, si alius eius negotia gessisset, servare potuisset, tantum eum, qui a semetipso non exegerit, negotiorum gestorum actione praestitutum, si aliquid habuit in peculio, cuius retentione id servari potest. Idem Neratius (1).

19. [18. H. 20. V.] IDEM libro II. ad Neratium.—At qui (2) natura debitor fuit, etiam si in peculio nihil habuit et sibi postea solvere debet in eodem actu perseverans, sicut is, qui temporali actione tenebatur, etiam post tempus exactum negotiorum gestorum actione id praestare cogitur.

§ 1.—Scaevola noster ait, putare se, quod Sabinus scribit, debere «a capite rationem reddendum» (3), sic intelligi, ut appareat, quid reliquum fuerit tunc, quum primum liber esse coeperit, non ut dolum aut culpam in servitute admissam in obligationem revocet; itaque si inveniatur vel malo more pecunia in servitute erogata, liberabitur.

§ 2.—Si libero homini, qui bona fide mihi serviebat, mandem, ut aliquid agat, non fore cum eo mandati actionem Labeo ait; quia non libera voluntate exsequitur rem sibi mandatam, sed quasi ex necessitate servili. Erit igitur negotiorum gestorum actio, quia et gerendi negotii mei habuerit affectionem (4), et is fuit, quem obligare possem.

§ 3.—Quum me absente negotia mea gereres, imprudens rem meam emisti et ignorans usucapisti, mihi negotiorum gestorum, ut restituas, obligatus non es; sed, si antequam usucapias, cognoscas rem meam esse, subicere debes aliquem, qui a te petat meo nomine, ut et mihi rem, et tibi stipulationem evictionis committat. Nec videris dolum malum facere in hac subiectione; ideo enim hoc facere debes, ne actione negotiorum gestorum tenearis.

§ 4.—Non tantum sortem, verum etiam usuras ex pecunia aliena perceptas negotiorum gestorum iudicio praestabimus, vel etiam quas perci-

es constante que va á la acción ó de mandato, ó de gestión de negocios, también lo que se hizo durante la esclavitud. Finalmente, si en el tiempo de la esclavitud hubiere comprado un solar y edificado en él una casa, y ésta se hubiere arruinado, y después de manumitido hubiere dado en arrendamiento el fundo, solamente se comprenderá en la acción de gestión de negocios el arrendamiento de los fundos; porque de la administración del tiempo anterior no puede deducirse en juicio nada más que aquello sin lo que no puede liquidarse la cuenta de los negocios administrados en el tiempo de la libertad.

18. [17. H. 19. V.] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro IX.*—Dicen Próculo y Pegaso, que el que en esclavitud empezó á administrar debe responder de la buena fe; y por consiguiente de cuanto otro hubiese podido cobrar, si hubiese administrado sus negocios, de otro tanto deberá responder por la acción de gestión de negocios el que de sí mismo no hubiere cobrado, si tuvo algo en su peculio, con cuya retención puede cobrarse aquello. Lo mismo Neracio.

19. [18. H. 20 V.] EL MISMO; *Comentarios á Neracio, libro II.*—Mas el que fué deudor por obligación natural, aunque nada haya tenido en su peculio, perseverando en la misma administración, debe después pagarse también á sí mismo, así como el que estaba obligado por una acción temporal es compelido por la acción de gestión de negocios á pagar lo adeudado, aun después de pasado el tiempo.

§ 1.—Dice nuestro Scévola, que le parece que lo que Sabino escribe, de que «se ha de rendir cuenta desde el principio», debe entenderse de este modo, para que aparezca cuál fué el remanente entonces cuando por primera vez hubiere comenzado á ser libre, no para que atraiga á su obligación el dolo ó la culpa cometida en su esclavitud; y así, aunque se descubriese dinero gastado por su mala conducta en la esclavitud, quedará libre.

§ 2.—Si yo mandare á un hombre libre, que de buena fe me servía de esclavo, que haga alguna cosa, dice Labeo que no tendré contra él la acción de mandato; porque no ejecuta con libre voluntad la cosa que se le mandó, sino como por obligación de esclavo. Habrá, pues, la acción de gestión de negocios, tanto porque tuvo voluntad de gestionar un negocio mío, cuanto porque fué persona á quien yo podía obligar.

§ 3.—Cuando, ausente yo, administrabas mis negocios, y compraste, ignorándolo, una cosa mía, y sin saberlo la usucapiste, no estás obligado por la acción de gestión de negocios á restituirmela; pero si antes que la usucapias conocieras que la cosa era mía, debes sustituir á alguno que en mi nombre te la pida, tanto para que á mí vuelva la cosa, como para que te competa la estipulación de la evicción. Y no se entiende que procedes con dolo malo en esta sustitución; porque debes hacer esto, para que no quedas obligado por la acción de gestión de negocios.

§ 4.—Por la acción de gestión de negocios responderemos no solamente del capital, sino también de los intereses percibidos del dinero ajeno,

(1) Idem Neratius, *omittelas Hal.*
(2) *Vulg.*; Atquin, *Taur.*

(3) *reddendam, Hal.*
(4) *affectum, Hal.*

pere potuimus. Contra quoque usuras, (quas) praestavimus, vel quas e nostra pecunia percipere potuimus, quam in aliena negotia impendimus, servabimus negotiorum gestorum iudicio.

§ 5.—Dum apud hostes esset Titius, negotia eius administravi, postea reversus est; negotiorum gestorum mihi actio competit, etiamsi eo tempore, quo gerebantur, dominum non habuerunt;

20. [19. H. 21. V.] ULPIANUS libro X. ad Edictum.—sin autem apud hostes constitutus decessit, et successor, et adversus successorem eius negotiorum gestorum directa et contraria competit.

21. [20. H. 22. V.] PAULUS libro IX. ad Edictum.—Nam et Servius respondit, ut est relatum apud Alfenum libro trigesimo nono (1) Digestorum, quum a Lusitanis tres capti essent, et unus ea conditione missus, uti pecuniam pro tribus afferret, et nisi rediisset, ut duo pro eo quoque pecuniam darent, isque reverti noluisset, et ob hanc causam illi pro tertio quoque pecuniam solvissent; Servius respondit acquum esse, Praetorem in eum reddere iudicium.

§ 1.—Qui negotia hereditaria gerit, quodammodo sibi hereditatem, seque ei obligat; ideoque nihil refert, an etiam pupillus heres existat, quia id aes alienum cum ceteris hereditariis oneribus ad eum transit.

§ 2.—Si vivo Titio negotia eius administrare coepi, intermittere mortuo eo non debeo; nova tamen inchoare necesse mihi non est, vetera explicare ac conservare (2) necessarium est; ut accidit, quum alter ex sociis mortuus est. Nam quaecunque prioris negotii explicandi causa gerentur, nihilum refert, quo tempore consummentur, sed quo tempore inchoarentur.

§ 3.—Mandatu tuo negotia mea Lucius Titius gessit; quod is non recte gessit, tu mihi actione negotiorum gestorum teneris, non in hoc tantum, ut actiones tuas praestes, sed etiam quod imprudenter eum elegeris (3), ut, quidquid detrimenti negligentia eius fecit, tu mihi praestes.

22. [21. H. 23. V.] GAIUS libro III. ad Edictum provinciale.—Sive hereditaria negotia, sive ea, quae alicuius essent, gerens aliquis necessario rem emerit, licet ea interierit, poterit, quod impenderit, iudicio negotiorum gestorum consequi; veluti si frumentum aut vinum familiae paraverit, idque casu quodam interierit, forte incendio, ruina. Sed ita scilicet hoc dici potest, si ipsa ruina vel incendium sine vitio eius acciderit; nam quum propter ipsam ruinam aut incendium dammandus sit, absurdum est, eum istarum rerum nomine, quae ita consumtae sunt, quidquam consequi.

23. [22. H. 24. V.] PAULUS libro XX. ad Edi-

asi como de los que pudimos percibir. Por el contrario, también por la acción de gestión de negocios recobramos los intereses que pagamos, ó que pudimos percibir del dinero nuestro que gastamos en los negocios ajenos.

§ 5.—Mientras Ticio estaba en poder de los enemigos administré sus negocios, y después volvió; me compete la acción de gestión de negocios, aunque durante el tiempo en que se administraban, no tuvieron dueño;

20. [19. H. 21. V.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro X.*—mas si falleció hallándose en poder de los enemigos, competen, tanto á su sucesor, como contra éste las acciones directa y contraria de la gestión de negocios.

21. [20. H. 22. V.] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro IX.*—Porque también Servio respondió, según se refiere en Alfeno, en el libro trigésimo noveno de su Digesto, habiéndose hecho tres prisioneros por los Lusitanos, y habiendo dejado en libertad á uno con la condición de que llevase dinero para los tres, y de que si no volvía, los otros dos darían el dinero también por él, y como éste no hubiese querido volver, y por esta causa hubieran aquellos pagado también rescate por el tercero; (Servio respondió) que era justo que el Pretor diese acción contra él.

§ 1.—El que administra negocios de una herencia, en cierto modo obliga á él la herencia, y se obliga á ella; y por tanto, nada importa que aun sea pupilo el heredero, porque esta deuda pasa á él con las demás cargas de la herencia.

§ 2.—Si viviendo Ticio comencé á administrar sus negocios, muerto él, no debo cesar; pero no tengo necesidad de incoar otros nuevos, sino que es necesario que desarrolle y conserve los antiguos; como acontece cuando ha fallecido un socio. Porque, cualesquiera que sean las gestiones hechas para desarrollar el negocio anterior, nada importa en qué tiempo se terminen, sino en qué tiempo se hayan incoado.

§ 3.—Por tu mandato administré mis negocios Lucio Ticio; pues porque éste no administró rectamente, me estás obligado por la acción de gestión de negocios no solo á cederme tus acciones, sino también, porque lo elegiste imprudentemente, á pagarme cualquier detrimento que me causó su negligencia.

22. [21. H. 23. V.] GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro III.*—Si administrando alguno ó los negocios de una herencia, ó los que fuesen de cualquiera, hubiere comprado por necesidad alguna cosa, aunque ésta hubiere perecido, podrá obtener por la acción de gestión de negocios lo que hubiere gastado; como, por ejemplo, si hubiere hecho provisión de trigo ó de vino para la familia, y aquella se hubiere perdido por algún accidente, acaso por incendio, ó ruina. Mas esto puede decirse así, solo si la misma ruina ó el incendio hubiere acontecido sin culpa suya; porque cuando deba ser condenado por causa de la ruina ó del incendio, es absurdo que obtenga algo á título de estas cosas, que de tal modo fueron consumidas.

23. [22. H. 24. V.] PAULO; *Comentarios al*

(1) tricesimo septimo, Hal.

(2) consummare, Vulg.

(3) legeris, en otro tiempo en el código Fl., Br.

ctum.—Si quis negotia aliena gerens indebitum exegerit, restituere cogitur; de eo autem, quod indebitum solvit, magis est, ut sibi imputare debeat.

24. [23. H. 25. V.] IDEM libro XXIV. ad Edictum.—Si ego hac mente pecuniam procuratori dem, ut ea ipsa creditoris fieret, proprietatem quidem per procuratorem non acquiritur. Potest tamen creditor etiam invito me ratum habendo pecuniam suam facere, quia procurator in accipiendo creditoris duntaxat negotium gessit; et ideo creditoris rathabitatione (1) liberor.

25. [24. H. 26. V.] IDEM libro XXVII. ad Edictum.—Si quis negotia aliena gerens plus, quam oportet, impenderit, recuperaturum eum id, quod praestari debuerit.

26. [25. H. 27. V.] MODESTINUS libro I. Responsorum.—Quum alicui (2) civitati per fideicommissum restitui iussa esset hereditas, Magistratus actores horum bonorum Titium et Seium et Caium (3) idoneos creaverunt; postmodum hi actores inter se diviserunt administrationem bonorum, idque egerunt sine auctoritate et sine consensu Magistratum; post aliquod tempus testamentum, per quod restitui civitati hereditas fideicommissa esset, irritum probatum est pro tribunali, atque ita ab intestato Sempronius legitimus heres defuncti extitit, sed ex his actoribus unus non solvendo decessit, et nemo heres eius extitit. Quaero, si Sempronius conveniet actores horum bonorum, periculum inopis defuncti ad quos pertinet? Herennius Modestinus respondit, quod ab uno ex actoribus ob ea, quae solus gessit, negotiorum gestorum actione servari non potest, ad damnum eius, cui legitima hereditas quaesita est, pertinere.

27. [26. H. 28. V.] IDEM libro II. Responsorum.—Ex duobus fratribus, uno quidem suae aetatis, alio vero minore annis, quum haberent communia praedia rustica, maior frater in saltu communi habenti habitationes paternas ampla aedificia aedificaverat; quumque eundem saltum cum fratre divideret, sumtus sibi, quasi re meliore ab eo facta, desiderabat fratre minore iam legitimae aetatis constituto; Herennius Modestinus respondit, ob sumtus nulla re urgente, sed voluntatis causa factos eum, de quo quaeritur, actionem non habere.

§ 1.—(4) Titium, si pietatis respectu sororis aluit filiam, actionem hoc nomine contra eam non habere respondi (5).

28. [27. H. 29. V.] JAVOLENUS libro VIII. ex Cassio.—Si quis mandatu Titii negotia Seii gessit, Titio mandati tenetur, lisque aestimari de-

Edicto, libro XX.—Si administrando alguno negocios ajenos hubiere exigido lo que no se debe, está obligado á restituirlo; pero respecto á lo que pagó indebido, es lo más cierto que debe imputárselo á sí mismo.

24. [23. H. 25. V.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XXIV.*—Si yo diere dinero á un procurador con la intención de que sea para un acreedor, no se adquiere ciertamente por medio del procurador su propiedad. Mas puede el acreedor, aun contra mi voluntad, hacer suyo el dinero ratificando el negocio, porque el procurador, al recibirlo, realizó un negocio tan solo del acreedor; y por consiguiente, quedo libre por la ratificación del acreedor.

25. [24. H. 26. V.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XXVII.*—Si administrando alguno negocios ajenos hubiere gastado más de lo que conviene, debe él recuperar aquello que hubiere debido pagarse.

26. [25. H. 27. V.] MODESTINO; *Respuestas, libro I.*—Habiéndose mandado por fideicomiso que se restituyese una herencia á alguna ciudad, los Magistrados nombraron administradores idóneos de estos bienes á Ticio, Seyo y Cayo; después dividieron estos administradores entre sí la administración de los bienes, é hicieron esto sin autorización y sin consentimiento de los Magistrados; transcurrido algún tiempo, se declaró ante el tribunal irrito el testamento por el que se encargó en fideicomiso que la herencia fuese restituida á la ciudad, y de este modo llegó á ser Sempronio, abintestato, legítimo heredero del difunto; pero uno de los administradores murió insolvente, y nadie fué su heredero. Pregunto, si Sempronio demandase á los administradores de estos bienes, ¿á quiénes corresponde el perjuicio causado por el difunto insolvente? Herennio Modestino respondió, que lo que no puede recobrase de uno de los administradores por la acción de gestión de negocios, respecto á los que él solo administró, redundará en perjuicio de aquel para quien se reclamó la herencia.

27. [26. H. 28. V.] EL MISMO; *Respuestas, libro II.*—De dos hermanos, uno ciertamente mayor de edad, pero menor el otro, como tuviesen en común predios rústicos, el hermano mayor había construido grandes edificios en la heredad común que tenía las habitaciones paternas; y al dividir la misma heredad con su hermano, reclamaba para sí de su hermano menor, llegado ya á la edad legal, los gastos, como habiéndose mejorado por él la finca; Herennio Modestino respondió, que éste, de quien se trata, no tiene acción por los gastos hechos sin necesidad alguna, sino por causa de recreo.

§ 1.—Respondí que Ticio, si por razón de cariño dió alimentos á la hija de su hermana, no tenía con tal motivo acción contra ella.

28. [27. H. 29. V.] JAVOLENO; *Doctrina de Cassio, libro VIII.*—Si por mandato de Ticio administró alguno los negocios de Seyo, está obli-

(1) Así el texto; pero parece que debe leerse rathabitione.—N. del T.

(2) aliquando, Hal.

(3) tunc, inserta Hal.

(4) Idem, amade Hal.

(5) respondit, Hal.

bet, quanto Seii et Titii interest; Titii autem interest, quantum is Seio praestare debet, cui vel mandati, vel negotiorum gestorum nomine obligatus est. Titio autem actio competit cum eo, cui mandavit aliena negotia gerenda, et antequam ipse quidquam domino praestet, quia id ei abesse videtur, in quo obligatus est.

29. [28. H. 30. V.] CALLISTRATUS libro III. *Edicti monitorii*.—Quum pater testamento postumo tutorem dederit, isque tutelam interim administraverit, nec postumus natus fuerit, cum eo non tutelae, sed negotiorum gestorum erit agendum. Quodsi natus fuerit postumus, tutelae erit actio, et in eam (1) utrumque tempus veniet, et quo, antequam nasceretur infans, gessit, et quo posteaquam natus sit.

30. [29. H. 31. V.] IULIANUS libro III. *Digestorum*.—Ex facto quaerebatur, quendam ad siliginem emendam curatorem decreto ordinis constitutum, eidem alium subcuratorem constitutum siliginem miscendo corrupisse, atque ita pretium siliginis, quae in publicum emta erat, curatori afflictum (2) esse; quaque actione curator cum subcuratore experiri possit et consequi id, ut ei salvum esset, quod causa eius damnum cepisset? Valerius Severus respondit, adversus contutorem negotiorum gestorum actionem tutori dandam. Idem respondit, ut Magistratui adversus Magistratum eadem actio detur, ita tamen, si non sit conscius fraudis. Secundum quae etiam in subcuratore idem dicendum est.

31. [30. H. 32. V.] PAPINIANUS libro II. *Responsorum*.—Liberto vel amico mandavit pecuniam accipere mutua, cuius literas creditor secutus contraxit, et fideiussor intervenit; etiamsi pecunia non sit in rem eius versa, tamen dabitur in eum negotiorum gestorum actio creditori vel fideiussori, scilicet ad exemplum institoriae actionis.

§ 1.—Inter negotia Sempronii, quae gerebat, ignorans Titii negotium gessit; ob eam quoque speciem Sempronio tenebitur; sed ei cautionem indemnitate officio iudicis praebere necesse est adversus Titium, cui datur actio. Idem in tutore iuris est.

§ 2.—Litem in iudicium deductam et a reo desertam frustratoris amicus ultro egit, causas absentiae eius allegans iudici; culpam contraxisse non videbitur, quod (3) sententia contra absentem dicta ipse non provocavit. Ulpianus notat: hoc verum est, quia (4) frustrator condemnatus est. Ceterum si amicus, quum absentem defenderet, condemnatus negotiorum gestorum ager, poterit ei imputari, si, quum posset, non appellasset.

(1) ea, Hal.
 (2) inflictum, Hal.
 (3) a, inserta la Vulg.
 (4) quum, Hal.

gado á Ticio por la acción de mandato, y el litigio debe ser estimado en cuanto importa á Seyo y á Ticio; mas á Ticio le importa, cuánto debe él dar á Seyo, á quien quedó obligado ó por la acción de mandato, ó por la gestión de negocios. Pero á Ticio le compete acción contra aquel á quien encomendó la administración de los negocios ajenos, y antes que él satisfaga á su dueño alguna cosa, porque se entiende que á él le falta aquello en que se obligó.

29. [28. H. 30. V.] CALISTRATO; *Del Edicto monitorio, libro III*.—Cuando el padre hubiere dado al póstumo tutor en su testamento, y éste hubiere administrado entre tanto la tutela, y el póstumo no hubiere nacido, deberá reclamarse contra él no por la acción de tutela, sino por la de gestión de negocios. Pero si el póstumo hubiere nacido, habrá acción de tutela, y en ella se comprenderán ambos tiempos, así aquel en que administró, antes que naciese el infante, como el de después que haya nacido.

30. [29. H. 31. V.] JULIANO; *Digesto, libro III*.—Por el hecho de que habiendo sido nombrado cierto individuo por decreto del Municipio encargado para la compra de trigo candeal, y de que el subencargado que se le nombró hubiese alterado el trigo candeal mezclándolo, y de que por esto se condenó al encargado en el precio del trigo candeal que para el público se había comprado, se preguntaba: ¿por qué acción podría el encargado reclamar contra el subencargado y conseguir que le fuese indemnizado el perjuicio que por su causa hubiese sufrido? Valerio Severo respondió, que se ha de dar á un administrador contra su coadministrador la acción de gestión de negocios. El mismo respondió, que se debe dar la misma acción á un Magistrado contra otro Magistrado, pero solo si no fuese cómplice del fraude. Según lo que, lo mismo ha de decirse respecto al subencargado.

31. [30. H. 32. V.] PAPINIANO; *Respuestas, libro II*.—Mandó uno á su liberto ó á su amigo que tomase dinero prestado, y ateniéndose el acreedor á las cartas de aquel, contrató, é intervino fiador; aunque el dinero no se haya convertido en utilidad suya, se dará, sin embargo, contra él al acreedor ó al fiador la acción de gestión de negocios, esto es, á la manera de la acción institoria.

§ 1.—Entre los negocios de Sempronio, que administraba, gestionó uno, ignorándolo, un negocio de Ticio; también por esta circunstancia quedará obligado á Sempronio; pero es necesario que por ministerio del juez se le dé caución de indemnidad contra Ticio, á quien se da la acción. El mismo derecho rige en cuanto al tutor.

§ 2.—Un amigo del demandado que desertó del pleito prosiguió por propia voluntad la demanda deducida en juicio y abandonada por el demandado, alegando ante el juez las causas de la ausencia de este; no se entenderá que contrajo culpa por no haber apelado él mismo de la sentencia pronunciada contra el ausente. Ulpiano observa, que esto es verdad, porque fué condenado el que abandonó el pleito. Mas si condenado el amigo defendiendo al ausente, reclamare por la acción de gestión de negocios, se le podrá imputar, si pudiendo, no hubiese apelado.

§ 3. (1) [33. V.]— Qui aliena negotia gerit, usuras praestare cogitur, eius scilicet pecuniae, quae purgatis (2) necessariis sumtibus superest.

§ 4.— Libertos certam pecuniam accipere testator ad sumtum monumenti voluit; si quid amplius fuerit erogatum, iudicio negotiorum gestorum ab herede non recte petetur de iure fideicommissi (3), quum voluntas finem erogationis fecerit.

§ 5.— Tutoris heres impubes filius ob ea, quae tutor eius in rebus pupillae paternae gessit, non tenetur; sed tutor proprio nomine iudicio negotiorum gestorum convenietur.

§ 6.— Quamquam mater filii negotia secundum patris voluntatem pietatis fiducia gerat, tamen ius actoris periculo suo litium causa constituendi non habebit; quia nec ipsa filii nomine recte agit, aut res bonorum eius alienat, vel debitorem imuberis accipiendo pecuniam liberat.

§ 7.— Uno defendente causam communis aquae, sententia praedio datur; sed qui sumtus necessarios (4) probabiles in communi lite fecit, negotiorum gestorum actionem habet.

32. [31. H. 34. V.] *IDEM libro III. Responsorum.*— Fideiussor imperitia lapsus alterius quoque contractus, qui personam eius non contingebat, pignora vel hypothecas suscepit, et utramque pecuniam creditori solvit, existimans indemnitati suae confusus praediis consuli posse; ob eas res iudicio mandati frustra convenietur, et ipso debitorem frustra conveniet; negotiorum autem gestorum actio utrique necessaria erit. In qua lite culpam aestimari satis est, non etiam casum, quia praedo fideiussor non videtur. Creditor ob id factum ad restituendum iudicio, quod de pignore dato redditur, quum videatur ius suum vendidisse, non tenebitur.

§ 1.— Ignorante virgine mater a sponso filiae res donatas suscepit; quia mandati vel depositi cessat actio, negotiorum gestorum agitur.

33. [32. H. 35. V.] *IDEM libro X. Responsorum.*— Heres viri defuncti uxorem, quae res viri tempore nuptiarum in sua (5) potestate habuit, compilatae (6) hereditatis postulare non debet; prudentius itaque faciet, si ad exhibendum, et negotiorum gestorum (7), si negotia quoque viri gessit, cum ea fuerit expertus.

34. [33. H. 36. V.] *PAULUS libro I. Quaestionum.*— Nesennius Apollinaris Iulio Paulo salutem: Avia nepotis sui negotia gessit, defunctis utrisque aviae heredes conveniebantur a nepotis heredibus negotiorum gestorum actione, reputabant heredes aviae alimenta praestita nepoti. Re-

§ 3. [33. V.]— El que administra negocios ajenos, está obligado á abonar intereses, á saber, de aquel dinero que sobra después de satisfechos los gastos necesarios.

§ 4.— Dispuso un testador que sus libertos recibiesen cierta suma para los gastos de su sepulcro; si se hubiere gastado algo más, por razón del fideicomiso no se pedirá con justicia al heredero por la acción de gestión de negocios, puesto que la voluntad del testador había puesto límite al gasto.

§ 5.— El hijo impúbero heredero del tutor no está obligado por las gestiones que hizo su tutor en los bienes de una pupila de su padre; pero el tutor será demandado en su propio nombre por la acción de gestión de negocios.

§ 6.— Aunque la madre por razón de su cariño administre los negocios de su hijo, según la voluntad del padre, no tendrá, sin embargo, el derecho de nombrar á su riesgo procurador por causa de litigios; porque ni ella misma ejercita debidamente una acción en nombre de su hijo, ó enajena cosas de los bienes de éste, ó recibiendo el dinero libera al deudor del impúbero.

§ 7.— Defendiendo uno la servidumbre de agua común, pronúnciase sentencia á favor del predio; pero el que hizo en el pleito común gastos necesarios razonables, tiene la acción de gestión de negocios.

32. [31. H. 34. V.] *EL MISMO; Respuestas, libro III.*— Un fiador engañado por su ignorancia recibió las prendas ó las hipotecas que eran también de otro contrato, que no concernía á su persona, y pagó al acreedor una y otra deuda, creyendo que confundidos los predios podía asegurarse su indemnización; por estos hechos en vano será demandado por la acción de mandato, é inútilmente demandará él mismo al deudor; pero á uno y á otro les será necesaria la acción de gestión de negocios. En cuyo litigio es bastante que se estime la culpa, y no también el caso fortuito, porque el fiador no es reputado poseedor de mala fe. El acreedor no estará obligado por este hecho á la restitución por la acción que se da por la entrega de una prenda, porque se considera que vendió su derecho.

§ 1.— Ignorándolo la doncella, recibió su madre las cosas donadas á la hija por el esposo; como no tiene lugar la acción de mandato ó de depósito, se ejercita la de gestión de negocios.

33. [32. H. 35. V.] *EL MISMO; Respuestas, libro X.*— El heredero del marido difunto no debe pedir á la mujer, como hurtadas á la herencia, aquellas cosas de su marido que tuvo en su poder durante el tiempo del matrimonio; y así, obrará más cuerdamente, si hubiere intentado contra ella la acción de exhibición, y la de gestión de negocios, si administró también los negocios del marido.

34. [33. H. 36. V.] *PAULO; Cuestiones, libro I.*— Nesenio Apolinar saluda á Julio Paulo: Una abuela administró los negocios de su nieto, y fallecidos uno y otro, los herederos de la abuela eran demandados por los herederos del nieto por la acción de gestión de negocios, y los herederos

(1) Papinianus, inserta Hal. — Las ediciones vulgares comienzan aquí un nuevo fragmento.

(2) putatis, Hal.

(3) nec ab herede recte petetur, nec de iure fideicommissi, Hal.

(4) ac, inserta con razón Hal.

(5) sui, antiguamente en el código Fl., Br.

(6) expillatae, Hal. Vulg.

(7) Br.; gestorum, Taur.

spondebatur, aviam iure pietatis de suo praestitisse; nec enim aut desiderasse, ut decernerentur alimenta, aut decreta esse (1); praeterea constitutum esse dicebatur, ut, si mater aluisset, non posset alimenta, quae pietate cogente de suo praestitisset, repetere. Ex contrario dicebatur, tunc hoc recte dici, ut de suo aluisse mater probaretur; at in proposito aviam, quae negotia administrabat, verisimile esse de re ipsius nepotis eum aluisse. Tractatum est, numquid (2) utroque patrimonio erogata videantur? Quaero, quid tibi iustius videatur? Respondi: haec disceptatio in factum (3) constitit; nam et illud, quod in matre constitutum est, non puto ita perpetuo observandum. Quid enim, si etiam protestata est, se filium ideo alere, ut aut ipsum, aut tutores eius conveniret? Pone peregre patrem eius obiisse, et matrem, dum in patriam revertitur, tam filium quam familiam (4) eius exhibuisse; in qua specie etiam in ipsum pupillum negotiorum gestorum dandam actionem Divus Pius Antoninus constituit. Igitur in re facti (5) facilius putabo aviam vel heredes eius audiendos, si reputare velint alimenta; maxime, si etiam in ratione impensarum ea retulisse aviam apparebit. Illud nequaquam admittendum puto, ut de utroque patrimonio erogata videantur.

35. [34. H. 37. V.] SCAEVOLA libro I. *Quaestionum*.—Divortio facto negotia uxoris gessit maritus; dos non solum dotis actione, verum negotiorum gestorum servari potest. Haec ita, si in negotiis gestis maritus, dum gerit, facere potuit; alias enim imputari non potest, quod a se non exegerit. Sed et posteaquam patrimonium amisit, plena erit negotiorum gestorum actio, quamvis, si dotis actione maritus conveniatur, absolvendus est. Sed hic quidam modus servandus est, ut ita querelae locus sit: (6) «quantum facere potuit», quamvis postea (7) amisit, si illo tempore ei solvere potuit; non enim e vestigio in officio deliquit, si non protinus res suas distraxit ad pecuniam redigendam; praeterire (8) denique aliquid temporis debet, quo cessasse videatur. Quodsi interea, priusquam officium impleat, res amissa est, perinde negotiorum gestorum non tenetur, ac si nunquam facere possit. Sed et si facere possit maritus, actio negotiorum gestorum inducitur, quia forte periculum est, ne facere desinat.

§ 1.—Illum autem non credimus teneri, qui gerit negotia debitoris, ad reddendum pignus; quum pecunia ei debeatur, nec fuerit, quod sibi possit exsolvere.

(1) *Hal. Vulg.*; essent, *Fl.*
 (2) *de, inserta Hal.*
 (3) *in facto, Vulg.*
 (4) *illam, Hal.*
 (5) *facta, Vulg.*

de la abuela hacían cuenta de los alimentos dados al nieto. Respondíase, que la abuela los había dado de lo suyo propio por razón de cariño; porque ni había pedido que se señalasen alimentos, ni se habían éstos señalado; decíase además que se hallaba establecido, que si la madre hubiese dado alimentos, no pudiese reclamar los alimentos que de lo suyo hubiese dado, impulsada por su amor. Replicábase por el contrario, que acertadamente se decía esto, cuando se probase que la madre había dado los alimentos de lo suyo; pero que en el caso propuesto era verosímil que la abuela, que administraba los negocios, hubiese alimentado al nieto con los bienes de él mismo. Discutióse, si tal vez se entendería que los alimentos se habían pagado de uno y de otro patrimonio. Pregunto, ¿qué te parece más justo? Respondí: esta controversia consiste en el hecho; porque ni aun lo que respecto de la madre se estableció juzgo que ha de observarse así en todos los casos. Porque ¿qué se dirá, si también manifestó que daba los alimentos al hijo con la intención de demandar por ellos ó á éste, ó á sus tutores? Supón que su padre hubiese fallecido en viaje, y que la madre, mientras aquel volvía á la patria, hubiese mantenido así al hijo, como á su familia; en cuyo caso determinó el Divino Pio Antonino, que se había de dar aun contra el mismo pupilo la acción de gestión de negocios. Así, pues, en el caso presente consideraré más expedito que haya de oírse á la abuela ó á sus herederos, si quisieran computar los alimentos; mayormente, si además apareciere que la abuela los puso en la cuenta de gastos. Lo que creo que de ningún modo debe admitirse, es que se entiendan pagados de uno y de otro patrimonio.

35. [34. H. 37. V.] SCAEVOLA; *Cuestiones, libro I.*—Después del divorcio administró el marido los bienes de la mujer; la dote puede reclamarse no solo por la acción de dote, sino por la de gestión de negocios. Esto es así, si, mientras administra, pudo el marido reintegrarla en los negocios administrados; porque de otra suerte no puede imputársele, que de sí propio no la hubiere cobrado. Pero aun después que hubiere perdido su patrimonio, existirá plena la acción de gestión de negocios, por más que si el marido fuera demandado por la acción de dote, debe ser absuelto. Pero aquí ha de observarse cierta limitación, que la querrela tenga lugar de este modo: «por tanto cuanto pudo pagar», aunque después lo hubiere perdido, si en aquel tiempo pudo pagárselo á ella; porque no faltó á su propio deber desde un principio, si al punto no vendió sus bienes para devolver el dinero; finalmente, deberá transcurrir algún tiempo, para que parezca que dejó de pagar. Mas si entre tanto, antes que cumpla su deber, se perdió su hacienda, no se obliga por la gestión de negocios, igualmente que si nunca pudiera pagar. Pero también si el marido pudiera pagar, se ejercita la acción de gestión de negocios, porque acaso hay peligro de que deje de poder pagar.

§ 1.—Mas no creemos que esté obligado á devolver la prenda, el que administra los negocios de su deudor, cuando se le deba dinero, y no hubiere con que pueda pagarse á sí mismo.

(6) *in, añade la Vulg.*
 (7) *(En lugar de quamvis postea), posteaquam is amisit, Hal.*
 (8) *redhibendam; praestare denique, Hal.*

§ 2.—Sed nec redhibitoriae speciem venire in negotiorum gestorum actionem, et per hoc sex mensibus exactis perire; si vel mancipium in rebus non invenit, vel eo invento, quod accessionum nomine additum est, vel quod deterior homo factus esset, vel quod per eum esset acquisitum non ex re emtoris, nec invenit, nec recepisset, nec esset in ipsis (1) emtoris negotiis, quae gererat, unde sibi in praesenti redderet.

§ 3.—Ceterum, si ex alia causa perpetuae obligationis, quum sit locuples, debeat, non est imputandum, quod non solverit; utique, si neque usurarum ratio querelam movet. Diversumque est in tutore debitore, quia ibi interfuit ex prioro obligatione solvi, ut deberetur ex tutelae actione.

36. [35. H. 38. V.] PAULUS libro IV. *Quaestionum*.—Si liber homo bona fide mihi serviens mutuum pecuniam sumserit, eamque in rem meam verterit, qua actione id, quod in rem nostram vertit, reddere debeam, videndum est; non enim quasi amici, sed quasi domini negotium gessit. Sed negotiorum gestorum actio danda est, quae desinit competere, si creditori eius soluta sit.

37. [36. H. 39. V.] IDEM libro I. *Sententiarum*.—Litis contestatae tempore quaeri solet, an pupillus, cuius sine tutoris auctoritate negotia gesta sunt, locupletior sit ex ea re factus, cuius (2) patitur actionem.

§ 1.—Si pecuniae quis negotium gerat, usuras quoque praestare cogitur, et periculum eorum nominum, quae ipse contraxit, nisi fortuitis casibus debitores ita suas fortunas amiserunt, ut tempore litis ex ea actione contestatae solvendo non essent.

§ 2. (3)—Pater, si emancipati filii res a se donatas administravit, filio actione negotiorum gestorum (4) tenetur.

38. [37. H. 40. V.] TRYPHONINUS libro II. *Disputationum*.—Qui sine usuris pecuniam debebat, creditoris sui gessit negotia; quaesitum est, an negotiorum gestorum actione summae illius usuras praestare debeat. Dixi, si a semetipso exiger eum oportuit, debiturum usuras; quodsi dies solvendae pecuniae tempore, quo negotia gerebat, nondum venerat, usuras non debiturum; sed die praeterito, si non intulit rationibus creditoris, cuius negotia gerebat, eam pecuniam a se debitam, merito usuras bonae fidei iudicio praestitutum. Sed quas usuras debeat, videamus; utrum eas, quibus aliis idem creditor foenerasset, an et maximas usuras, quoniam, ubi quis eius pecuniam, cuius tutelam negotiave administrat, aut Magistratus municipii publicam in usus suos convertit, maximas usuras praestat, ut est constitutum a Divis Principibus. Sed istius diversa causa est, qui non sibi sumsit ex administratione numos, sed ab amico accepit, et ante

§ 2.—Pero la acción redhibitoria no concurre con la de gestión de negocios, y por esto se extingue pasados seis meses; si ó no encontró al esclavo entre los bienes, ó si habiéndolo encontrado, ni halló, ni hubiese recibido lo que se aumentó por vía de accesiones, ó aquello en que un esclavo se hubiese depreciado, ó lo que por medio de él se hubiese adquirido no de los bienes del comprador, ó si no hubiese en los negocios mismos del comprador, que él administraba, con qué se pagara á sí mismo en aquel entonces.

§ 3.—Por lo demás, si debiera por otra causa de obligación perpétua, siendo rico, no ha de imputársele que no haya pagado; pero esto, si ni la cuenta de intereses mueve querrela. Y diverso es respecto al tutor deudor, porque, en cuanto á él, importó que se pagara por la primera obligación, para que se debiese por la acción de tutela.

36. [35. H. 38. V.] PAULO; *Cuestiones*, libro IV.—Si el hombre libre que de buena fe me sirve como esclavo hubiere tomado dinero á préstamo, y lo hubiere invertido en negocio mío, se ha de ver por qué acción deba yo pagar lo que invirtió en nuestro negocio; porque no cuidó del negocio como de un amigo, sino como de su señor. Mas se le ha de dar la acción de gestión de negocios, que deja de competarle, si se hubiere pagado á su acreedor.

37. [36. H. 39. V.] EL MISMO; *Sentencias*, libro I.—Suele investigarse al tiempo de la contestación de la demanda, si el pupilo, cuyos negocios se han administrado sin la autorización del tutor, se ha hecho más rico por aquella cosa cuya acción soporta.

§ 1.—Si alguno cuidase del negocio del dinero de otro, se obliga á responder también de los intereses y del riesgo de aquellos préstamos que él mismo contrató, salvo si por caso fortuito perdieron los deudores sus caudales de tal suerte, que fuesen insolventes al tiempo de contestada la demanda deducida por esta acción.

§ 2.—El padre, si administró los bienes del hijo emancipado, por él mismo donados, se obliga al hijo por la acción de gestión de negocios.

38. [37. H. 40. V.] TRIFONINO; *Disputas*, libro II.—El que debía dinero sin intereses, administró los negocios de su acreedor; se preguntó, si por la acción de gestión de negocios deberá pagar intereses de aquella suma. Dije, que si él debió cobrar de sí mismo, deberá los intereses; pero que si, mientras administraba los negocios, aun no había llegado el día en que debía pagarse el dinero, no deberá los intereses; mas, transcurrido el día, si no incluyó en las cuentas de su acreedor, cuyos negocios administraba, la suma debida por él, con razón habrá de pagar intereses por esta acción de buena fe. Pero veamos qué intereses deberá; si aquellos con los que el mismo acreedor hubiese prestado á otros, ó si los máximos, porque cuando alguien aplica á sus usos el dinero de aquel cuya tutela ó cuyos negocios administra, ó un Magistrado del municipio los fondos públicos, paga los intereses máximos, según se halla establecido por los Divinos Principes. Pero es

(1) sive mancipium in rebus—invento aut deterior homo factus est; aut quod accessionum nomine additum erat, vel per eum acquisitum—invenit, nec recepit, nec erat in ipsius, *Hal.*
(2) quum is, *Hal.*

(3) Véase Pauli sent. rec. I. 4. § 7.

(4) tenebitur, según otra lectura del margen interior del código Fl.

negotiorum administrationem. Nam illi (1), de quibus constitutum est, quum gratuitam, certe integram et abstinentem omni lucro praestare fidem deberent, licentia, qua videntur abuti, maximis usuris vice cuiusdam poenae subiiciuntur (2). Hic bona ratione accepit ab alio mutuum, et usuris (3), quia non solvit, non quia ex negotiis, quae gerebat, ad se pecuniam transtulit, condemnandus est. Multum autem refert, incipiat nunc debitum, an ante nomen fuerit debitoris; quod satis est ex non usurario facere usurarium.

39. [38. H. 41. V.] GAIUS libro III. de Verborum Obligationibus.—Solvendo quisque pro alio, licet invito et ignorante, liberat eum; quod autem alicui debetur, alius sine voluntate eius non potest iure exigere. Naturalis enim, simul et civilis ratio suasit, alienam conditionem meliorem quidem, etiam ignorantis et invito nos facere posse, deteriore non posse.

40. [39. H. 42. V.] PAULUS libro X. ad Sabinum.—Si communes aedes tecum habeam, et pro tua parte damni infecti vicino cavero, dicendum est, quod praestitero, negotiorum gestorum actione potius, quam communi dividundo iudicio posse me petere; quia potui partem meam ita defendere, ut socii partem defendere non cogerer.

41. [40. H. 43. V.] IDEM libro XXX. ad Edictum.—Qui servum meum me ignorante vel absente in noxali causa defenderit, negotiorum gestorum in solidum mecum, non de peculio aget.

42. [41. H. 44. V.] IDEM libro XXXII. ad Edictum.—Si servi mei rogatu negotia mea susceperis, si duntaxat admonitus a servo meo id feceris, erit inter nos negotiorum gestorum actio; si vero quasi mandatu servi, etiam de peculio et de in rem verso agere te posse responsum est.

43. [42. H. 45. V.] LABEO libro VI. Posteriorum Epitomatorum a Iavoleno (4).—Quum pecuniam eius nomine solveres, qui tibi nihil mandaverat, negotiorum gestorum actio tibi competit, quum ea solutione debitor a creditore liberatus sit, nisi si quid debitoris interfuit, eam pecuniam non solvi.

44. [43. H. 46. V.] ULPIANUS libro VI. Disputationum.—Is, qui amicitia ductus paterna pupilis tutorem petierit, vel suspectos tutores postulavit, nullam adversus eos habet actionem secundam Divi Severi Constitutionem.

diverso el caso de este, que no tomó para sí dinero de la administración, sino que lo recibió de un amigo, y antes de la administración de los negocios. Porque están obligados á los intereses máximos, por vía de cierta pena por la licencia de que parece que abusan, aquellos respecto de los que se halla esto establecido, cuando debieran prestar sus servicios gratuitos, verdaderamente íntegros y exclusivos de todo lucro. Este recibió de otro á buena cuenta un préstamo, y ha de ser condenado en los intereses, porque no pagó, no porque transfirió á su favor dinero procedente de los negocios que administraba. Pero es muy diferente que la deuda comience ahora, ó que el préstamo del deudor haya existido antes; lo que es bastante para de no usurario hacerlo usurario.

39. [38. H. 41. V.] GAYO; De las Obligaciones verbales, libro III.—Pagando uno por otro, aunque sea contra su voluntad é ignorándolo, le libra de la obligación; mas lo que se debe á alguien, otro no le puede reclamar en derecho sin la voluntad de aquel. Porque la razón natural, y juntamente la civil aconsejaron, que podemos hacer ciertamente mejor la condición de otro, aun ignorándolo éste y contra su voluntad, pero no podemos empeorarla.

40. [39. H. 42. V.] PAULO; Comentarios á Sabino, libro X.—Si tuviere yo contigo casas comunes, y por tu parte hubiere yo dado al vecino caución del daño inminente, se ha de decir, que lo que hubiere dado puedo reclamarlo por la acción de gestión de negocios, más bien que en juicio de división de bienes comunes; porque pude defender mi parte de suerte, que no estuviese obligado á defender la parte de mi socio.

41. [40. H. 43. V.] EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro XXX.—El que, ignorándolo yo ó estando ausente, hubiere defendido á mi esclavo en causa noxal, ejercitará contra mí por el todo la acción de gestión de negocios, no la de peculio.

42. [41. H. 44. V.] EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro XXXII.—Si á ruego de mi esclavo hubieres tomado á tu cargo mis negocios, si hubieres hecho esto solamente requerido por mi esclavo, habrá entre nosotros la acción de gestión de negocios; mas si como por mandato del esclavo, se respondió que podías ejercitar también la acción de peculio, y la de lo que se convirtió en utilidad de la cosa.

43. [42. H. 45. V.] LABEON; Obras póstumas compendiadas por Iavoleno, libro VI.—Cuando pagares dinero en nombre de aquel que nada te habla mandado, te compete la acción de gestión de negocios, como quiera que por aquel pago el deudor haya quedado libre de su acreedor, salvo si le interesó algo al deudor que no se pagase aquel dinero.

44. [43. H. 46. V.] ULPIANO; Disputas, libro VI.—El que llevado de su amistad al padre hubiere pedido tutor para los pupilos, ó acusó de sospechosos á los tutores, no tiene contra aquellos ninguna acción, según la Constitución del Divino Severo.

(1) in illis, Hal.

(2) subicitur, Hal.

(3) usuras, según conjetura de Br.; in usuras, Vulg.

(4) a Iavoleno, omitelas Hal.

45. [44. H. 47. V.] *Idem libro IV.* (1) *Opinionum.*—Quae utiliter in negotia alicuius erogantur, in quibus est etiam sumtus honeste ad honores per gradus pertinentes (2) factus, actione negotiorum gestorum peti possunt.

§ 1.—Qui pure testamento libertatem acceperunt, actus, quem viventibus dominis administraverunt, rationem reddere non compelluntur.

§ 2.—Titius pecuniam creditoribus hereditariis solvit existimans, sororem suam defuncto heredem testamento extitisse; quamvis animo gerendi sororis negotia id fecisset, veritate tamen filiorum defuncti, qui sui heredes patri sublato testamento erant, gessisset, quia aequum est in damno eum non versari, actione negotiorum gestorum id eum petere placuit.

46. [45. H. 48. V.] *AFRICANUS libro VII. Quaestionum.*—Mandasti filio meo, ut tibi fundum emeret; quod quum cognovissem, ipse eum tibi emi; puto referre, qua mente emerim; nam si propter ea, quae tibi necessaria (3) esse scirem, et te eius voluntatis esse, ut emtum habere velles, agemus inter nos negotiorum gestorum, sicut ageremus, si aut nullum omnino mandatum intercessisset, aut Titio mandasses, et ego, quia per me commodius negotium possim conficere, emissem. Si vero propterea emerim, ne filius mandati iudicio teneatur, magis est, ut ex persona eius et ego tecum mandati agere possim, et tu mecum actionem habeas de peculio; quia, et si Titius id mandatum suscepisset et, ne eo nomine teneretur, ego emissem, agerem cum Titio negotiorum gestorum, et ille tecum, et tu cum illo mandati. Idem est, et si filio meo mandaveris, ut pro te fideiuberet, et ego pro te fideiusserim.

§ 1.—Si proponatur, te Titio mandasse, ut pro te fideiuberet, meque, quod is aliqua de causa impediretur, quo minus fideiuberet, liberandae fidei eius causa fideiussisse, negotiorum gestorum mihi competit actio.

47. [46. H. 49. V.] *PAULUS libro I. Sententiarum.*—Actio negotiorum gestorum illi datur, cuius interest hoc iudicio experiri.

§ 1.—Nec refert, directa quis, an utili actione agat vel conveniatur; quia (4) in extraordinariis iudiciis, ubi conceptio formularum non observatur, haec subtilitas supervacua est, maxime quum utraque actio eiusdem potestatis est, eundemque habet effectum.

48. [47. H. 50. V.] *PAPINIANUS libro III. Quaestionum.*—Ignorante quoque sorore si frater negotium eius gerens dotem a viro stipulatus sit, iudicio negotiorum gestorum, ut virum liberaret, iure convenitur.

45. [44. H. 47. V.] *EL MISMO; Opiniones, libro IV.*—Lo que se gasta útilmente en los negocios de alguno, en lo que se comprende también el gasto hecho decorosamente para las consideraciones propias de su clase, puede reclamarse por la acción de gestión de negocios.

§ 1.—Los que sin condición recibieron la libertad por testamento, no están obligados á dar cuenta del negocio que administraron viviendo sus señores.

§ 2.—Ticio pagó dinero á los acreedores de la herencia, creyendo que su hermana habia quedado por el testamento heredera del difunto; por más que hubiese hecho esto con ánimo de cuidar de negocios de su hermana, pero que en realidad hubiese cuidado de los de los hijos del difunto, que, anulado el testamento, eran herederos suyos del padre, se resolvió que reclamase esto por la acción de gestión de negocios, porque es justo que él no se perjudique.

46. [45. H. 48. V.] *AFRICANO; Cuestiones, libro VII.*—Mandaste á mi hijo, que para ti comprase un fundo; habiéndolo yo sabido, yo mismo te lo compré; opino que tengo que manifestar con qué intención lo haya yo comprado; porque si fué porque sabia qué cosas te eran necesarias, y que estabas en el propósito de querer ratificar la compra, ejercitaremos entre nosotros la acción de gestión de negocios, como la ejercitaríamos, si ó no hubiese mediado absolutamente ningún mandato, ó hubieses mandado á Ticio, y yo hubiese comprado, porque pudiera yo realizar por mí más cómodamente el negocio. Mas si hubiere yo comprado por esto, para que mi hijo no se obligara por la acción de mandato, es más cierto, que, representándole, también yo pueda ejercitar contra tí la acción de mandato, y que tú tengas contra mí la acción de peculio; porque, también si Ticio hubiese recibido este mandato, y yo hubiese comprado para que con tal motivo no se obligase, ejercitaría yo contra Ticio la acción de gestión de negocios, y él contra tí, y tú contra él la de mandato. Lo mismo es también si hubieses mandado á mi hijo que por tí diese fianza, y yo hubiere afianzado por tí.

§ 1.—Si se dijera que mandaste á Ticio, que por tí diese fianza, y yo, porque por alguna causa se hallaba impedido de afianzar, presté la fianza para que su compromiso quedase cumplido, me compete la acción de gestión de negocios.

47. [46. H. 49. V.] *PAULO; Sentencias, libro I.*—Se da la acción de gestión de negocios á aquel á quien le interesa pedir por esta acción.

§ 1.—Y no importa, que cualquiera demande ó sea demandado por la acción directa, ó por la útil; porque en los juicios extraordinarios, donde no se observa la solemnidad de las fórmulas, es inútil esta sutileza, mayormente cuando ambas acciones son de la misma fuerza, y producen el mismo efecto.

48. [47. H. 50. V.] *PAPINIANO; Cuestiones, libro III.*—Si, ignorándolo también la hermana, hubiere el hermano que administraba los negocios de ella estipulado la dote con el marido, con justicia es demandado por la acción de gestión de negocios, para que libre de su obligación al marido.

(1) III., *Hal.*

(2) *obtingentes, Hal.*

(3) *propterea quod tibi necessarium, Hal.*

(4) *plane, Hal.*

49. [48. H. 51. V.] AFRICANUS libro VIII. *Quaestio-
num*.—Si rem, quam servus venditus surripu-
isset a me venditore, emtor vendiderit, eaque in
rerum natura esse desierit, de pretio negotiorum
gestorum actio mihi danda sit, ut dari deberet, si
negotium, quod tuum esse existimares, quum
esset meum, gessisses. Sicut ex contrario in me
tibi daretur, si, quum hereditatem, quae ad me
pertinet, tuam putares, res tuas proprias legatas
(1) solvisses, quandoque de (2) ea solutione libe-
rarer.

TIT. VI

DE CALUMNIATORIBUS

[Cf. Cod. IX. 46.]

1. ULPIANUS libro X. *ad Edictum*.—In eum,
qui ut calumniae causa negotium faceret vel non
faceret, pecuniam accepisse dicetur, intra annum
in quadruplum eius pecuniae, quam accepisse di-
cetur, post annum simpli in factum actio com-
petit.

§ 1.—Hoc autem iudicium non solum in pecu-
nariis causis, sed et ad publica crimina pertine-
re Pomponius scribit; maxime quum et lege (3)
repetundarum teneatur, qui ob negotium facien-
dum aut non faciendum per calumniam pecuniam
accepit.

§ 2.—Qui autem accepit pecuniam, sive ante
iudicium, sive post iudicium acceptum tenetur.

§ 3.—Sed et Constitutio Imperatoris nostri,
quae scripta est ad Cassium Sabinum (4), prohibuit
iudici, vel adversario in publicis, vel privatis, vel
fiscalibus causis pecuniam dare; et ex hac causa
litem perire iussit. Nam tractari potest, si adver-
sarius non per calumniam transigendi animo ac-
cepit, an Constitutio cessat? Et puto cessare, si-
cuti hoc quoque iudicium; neque enim transactio-
nibus (5) est interdictum, sed sordidis concussio-
nibus.

4.—Pecuniam autem accepisse dicemus, etiam
si aliquid pro pecunia acceptum.

2. PAULUS libro X. *ad Edictum*.—Quin etiam,
si quis obligatione liberatus sit, potest videri ce-
pisse (6). Idemque, si gratuita pecunia utenda
data sit, aut minoris locata venditave res sit. Nec
refert, ipse pecuniam acceperit, an alii dari ius-
serit, vel acceptum suo nomine ratum habuerit.

3. ULPIANUS libro X. *ad Edictum*.—Et (7) ge-
neraliter idem erit, si quid omnino compendii sen-
sit propter hoc, sive ab adversario, sive ab alio
quocunque.

§ 1.—Si igitur accepit, ut negotium faceret, si-
ve fecit, sive non fecit, et qui accepit, ne faceret,
et si (8) fecit, tenetur.

§ 2.—Hoc Edicto tenetur etiam is, qui depectus
est; depectus (9) autem dicitur turpiter pactus.

(1) legatariis, Hal.

(2) *(En lugar de quandoque de), quandoquidem, accertada-
mente Hal. Vulg.*

(3) Iulia, inserta la Vulg.

(4) L. 1. Cod. de poen. iud. etc. VII. 49.

(5) Neitis, inserta Hal.

49 [48 H. 51 V.] AFRICANO; *Questiones, libro
VIII*.—Si el comprador hubiere vendido una cosa
que el esclavo vendido por mí me hubiese sustraí-
do, y la cosa hubiere dejado de existir, se me ha-
brá de dar la acción de gestión de negocios por el
precio, como debería dárseme si hubieses cuidado
de un negocio que juzgases que era tuyo, siendo
mío. Así como por el contrario se te daría contra
mí, si, juzgando tú que era tuya la herencia que
me pertenece, hubieses pagado tus propias cosas
legadas, siempre que quedara yo libre de este pago.

TÍTULO VI

DE LOS CALUMNIADORES

[Véase Cod. IX. 46.]

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro X*.—
Contra aquel que se dijese haber recibido dinero
para que moviera ó no moviera alguna cuestión
con propósito calumnioso, compete dentro del año
acción por el cuádruple del dinero que se dijese
que había recibido, y después del año acción del
tanto por el hecho.

§ 1.—Mas escribe Pomponio, que corresponde
esta acción no solo en las causas pecuniarias, sino
también en los delitos públicos; mayormente cuan-
do también por la ley de peculado queda obliga-
gado el que recibió dinero para mover ó no mo-
ver alguna cuestión por causa de calumnia.

§ 2.—Pero queda obligado el que recibió el di-
nero, ya antes, ya después de aceptado el juicio.

§ 3.—Pero también la Constitución de nuestro
Emperador, que fué escrita para Casio Sabino,
prohibió dar dinero al juez, ó al adversario en las
causas públicas, ó particulares, ó fiscales; y man-
dó que por tal motivo fenezca el pleito. Porque
puede preguntarse, si el adversario recibió con
ánimo de transigir no por calumnia, ¿es acaso ina-
plicable la Constitución? Y opino que no es aplica-
ble, así como tampoco esta acción; porque no se
han prohibido las transacciones, sino las sórdidas
concusiones.

§ 4.—Mas diremos que recibió dinero, también
si hubiere recibido alguna cosa en lugar de dinero.

2. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro X*.—
Por lo mismo, si alguno fué librado de una obli-
gación, también puede entenderse que recibió. Y
lo mismo es, si se hubiere dado para servirse de
el dinero sin interés, ó si se hubiere arrendado ó
vendido una cosa por menor precio. Y no importa
que él mismo hubiere recibido el dinero, ó que
hubiere mandado que se diera á otro, ó que lo hu-
biere ratificado, recibido en su nombre.

3. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro X*.—
Y en general será lo mismo, si por esta causa ex-
perimentó algún beneficio cualquiera, ya por par-
te del adversario, ya por la de cualquier otro.

§ 1.—Así, pues, si recibió para que causara al-
guna vejación, tanto si la causó, como si no la cau-
só, queda obligado, como también el que recibió
para que no la causara, y sin embargo la causó.

§ 2.—Se obliga por este Edicto también el que
se concierta; mas dicese que se concierta el que
pactó torpemente.

(6) accepisse, Hal.

(7) At, antiguamente en el código Fl., Br.

(8) non, inserta Br. por conjetura.

(9) dispectus, otros en Hal.

§ 3.—Illud erit notandum, quod, qui dedit pecuniam, ut negotium quis pateretur, non habebit ipse repetitionem; turpiter enim fecit. Sed ei dabitur petitio (1), propter quem datum est, ut calumnia ei fiat. Quare, si quis et a te pecuniam accepit (2), ut mihi negotium faceret, et a me, ne mihi faceret, duobus iudiciis mihi tenebitur.

4. GAIUS libro IV. (3) *ad Edictum provinciale*.—Haec actio heredi quidem non competit, quia sufficere ei debet, quod eam pecuniam, quam defunctus dedit, repetere potest;

5. ULPIANUS libro X. *ad Edictum*.—in heredem autem competit in id, quod ad eum pervenit. Nam est constitutum, turpia lucra heredibus quoque extorqueri, licet crimina extinguantur; utputa ob falsum (4), vel iudici ob gratiosam sententiam datum et heredi extorquebitur, et si quid aliud scelere quaesitum.

§ 1.—Sed etiam praeter hanc actionem conditio competit, si sola turpitudine accipientis versetur; nam si et dantis, melior causa erit possidentis. Quare (5) si fuerit conditum, utrum tollitur haec actio, an vero in triplum danda sit? An exemplo furis et in quadruplum actionem damus et conditionem? Sed puto sufficere alterutram actionem. Ubi autem conditio competit, ibi non est necesse post annum dare in factum actionem.

6. GAIUS libro IV. (6) *ad Edictum provinciale*.—Annus autem in personam (7) quidem eius, qui dedit pecuniam, ne secum ageretur, ex eo tempore cedit, ex quo dedit, si modo potestas ei fieret experiundi. In illius vero personam, cum quo ut agatur, alius pecuniam dedit, dubitari potest, utrum ex die datae pecuniae numerari debeat, an potius ex quo cognovit datam esse; quia qui nescit, is videtur experiundi potestatem non habere. Et verius est, ex eo annum numerari, ex quo cognovit.

7. PAULUS libro X. *ad Edictum*.—Si quis ab alio acceperit pecuniam, ne mihi negotium faciat, siquidem mandatu meo datum est, vel a procuratore meo omnium rerum, vel ab eo, qui negotium meum gerere volebat, et ratum habui, ego dedisse intelligor. Si autem non mandatu meo alius ei, licet misericordiae causa dederit, ne fiat, neque ratum habui, tunc et ipsum repetere, et me in quadruplum agere posse.

§ 1.—Si, ut filiofamilias negotium fieret, acceptum est, et patri actio danda est. Item si filiofamilias pecuniam acceperit, ut faceret negotium, vel non faceret, in ipsum iudicium dabitur; et si alius non meo mandatu (8) ei dederit, ne fiat, tunc etiam ipsum repetere, et me in quadruplum agere posse.

§ 3.—Se habrá de notar, que el que dió dinero para que alguien sufriese alguna vejación, no tendrá acción para su reclamación; porque obró torpemente. Pero se dará la reclamación á aquel por causa de quien se dió dinero, para que se le calumniase. Por lo que, si alguno recibió de tí dinero para que me causara alguna vejación, y de mí para que no me la causara, me estará obligado por dos acciones.

4. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro IV*.—Esta acción no compete ciertamente al heredero, porque debe bastarle, que puede reclamar el dinero que dió el difunto;

5. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro X*.—pero compete contra el heredero por aquello que fué á su poder. Porque se halla establecido, que se quiten también á los herederos las ganancias vergonzosas, aunque se extingan los delitos; por ejemplo, lo dado por razón de una falsedad, ó al juez para una sentencia favorable será quitado también al heredero, y lo mismo otra cualquier cosa si se hubiere adquirido criminosamente.

§ 1.—Pero también compete la condición además de esta acción, si sólo hubiese acto vergonzoso del que recibe; porque si también del que da, será mejor la causa del que posee. Por lo que, si se hubiere ejercitado la condición, ¿se extingue acaso esta acción, ó bien se ha de dar por el triplum? ¿O á la manera que contra el ladrón, damos así la acción por el cuádruplo, como también la condición? Pero opino que basta una ú otra acción. Mas cuando compete la condición, entonces no es necesario dar después del año la acción por el hecho.

6. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro IV*.—Mas el año, respecto de la persona del que dió dinero para que contra él no se obrase, corre desde el tiempo en que lo dió, si acaso tuviere posibilidad de demandar. Mas respecto á la persona de aquel que para que contra él se obrase otro dió dinero, puede dudarse, si deba contarse desde el día en que se dió el dinero, ó más bien desde que supo que se había dado; porque el que lo ignora, se entiende que no tiene posibilidad de demandar. Y es más verdadero, que se cuenta el año desde que lo supo.

7. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro X*.—Si alguien hubiere recibido de otro algún dinero, para que no me moviera cuestión, si se dió por mandato mio, ó por mi procurador general, ó por el que quería llevar mi negocio, y lo ratifiqué, se entiende que yo lo di. Pero si lo hubiere dado otro no por mi mandato, aunque por conmiseración, para que no se hiciera, y no lo ratifiqué, entonces puede él reclamarlo, y puedo yo ejercitar la acción por el cuádruplo.

§ 1.—Si se recibió para que se moviese cuestión á un hijo de familia, también se ha de dar acción al padre. Del mismo modo, si un hijo de familia hubiere recibido dinero para que causara ó no causara alguna vejación, se dará contra él la acción; y si otro se lo hubiere dado no por mi mandato, para que no la causara, entonces también él puede reclamarlo, y yo puedo ejercitar la acción por el cuádruplo.

(1) repetitio, Hal.

(2) Segun conjetura Krieg.; accipit, Fl.

(3) III., Hal.

(4) testimonium, insertan Hal. Vulg.

(5) Quaeritur, Hal. Vulg.

(6) III., Hal.

(7) in persona, Hal.

(8) etsi alius nomine meo ei, Vulg.